This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lt 6.489.3

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND

Given in 1858 by STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), for "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."



22. Jahresbericht

des

Städtischen Katholischen Gymnasiums

zu

Patschkau

im Schuljahr 1892|93,

mit welchem

zu der am 28. März 1893 stattfindenden Schlussfeier

ganz ergebenst einladet

DR. F. ADAM,
Direktor.

1. Abhandlung des Oberlehrers Franz Gottschalk: Senarius, qui vocatur, Terentianus comparatur cum trimetro Graecorum (comoediae novae).
2. Schulnachrichten. Vom Direktor.

1893. Progr.-Nr 203.

PATSCHKAU.
Druck von Ed. Hertwig.
1893.

LT 6.489.3

HARVARD COLLEGE
SEP 11 1908
LIBRARY

Salisbury fund

Senarius, qui vocatur, Terentianus comparatur cum trimetro Graecorum (comoediae novae.)

Quamvis multi iam et docti viri de re metrica Terentii scripserint, pauca pro labore consumpto aut exspectatione leviora plerique confecerunt, neque id aliter fieri potuit. Nam in diiudicandis singulis artis metricae Terentianae partibus, quae adhuc tractatae sunt, pars auctorum ad solum Terentium spectabat, pars Terentium cum Plauto comparabat, quo factum est, ut illi fere nullo, hi non omni ex parte certo ac solido fundamento operis sui uterentur.

Quamquam sunt, qui ex (Terentianae artis cum) Plauti comparatione omnem salutem, omnem eventum — idque quibusdam in rebus, ut in grammaticis suo iure — sperent ac desiderent, tamen ne hanc quidem ita grave momentum ad illam (i. e. artem Terentianam) intellegendam afferre posse duae nos monent causae: et quod Plauti fabulae plurimis gravissimisque corruptelis adhuc inquinatae sunt, ut libris nondum ad pristinum restitutis nitorem, cui rei viri docti F. Ritschelio duce summa diligentia ac sagacitate operam dare coeperunt, omnis eiusmodi quaestio claudicet atque quodam modo titubet, et quia Plautus, qua fuit ingenii et acumine et ubertate adeo suo sibi consilio ac indicio usus est, ut magnopere cavendum sit, ne aliena et contraria confundantur, si ex huius ratione normam rationemque Terentii ponderare atque aestimare vis.[1]) Multo etiam magis alteram illam viam, quam plurimi sunt ingressi, in vastum atque inane ducere praefacte contendo, cum persuasum mihi sit Terentium, ut a verbis Graecorum vix recedere ausus sit, ita — abiectis difficilioribus metris, quibus exprimendis vires suas non sufficere ipse sensit[2]) — in versibus pangendis illorum vestigia serviliter pressisse atque servilius quidem, quam quisquam ad hoc tempus animadverterit aut in lucem provexerit. Itaque Terentii versus nec satis intellegi describique nec sanari posse mihi videntur, nisi diligentissime cum Graecis conferuntur, ad quorum exemplar sunt conficti. Qua sententia ductus denuo senarium Terentianum sub censam vocare non inutile existimabam; quaestio autem ipsa instituenda videbatur ita, ut Menandri ceterorumque novae, quae vulgo vocatur, comoediae atticae auctorum fragmenta ad comparationem arcesserentur. Qua via quid effici possit, ut ostendam, ceteris quaestiontbus in praesens omissis satis habeo in caesurae Terentianae rationem et usum accurate inquirere.

[1]) Similiter censuit Conradt: Die metrische Komposition des Terenz Berl. 76, praef. p. III.
[2]) Prave me quidem iudice ad principia quaedam elata atque ingeniosa spectases eum docet Conradt: de versuum Terentianorum structura Berol. MDCCCLXX, pag. 5.

A.

De comicorum atticorum caesura.

1. De caesuris ipsis.

Perscrutantibus autem nobis comicae poeseos atticae reliquias, quantum Theodori Kock[1]) opera ad corrigendas scripturae depravationes atque ad augendam fragmentorum collectorum copiam post Augusti Meineke castigationem contulerit, in dies magis apparet, ut ob eam iam causam Philemonis Diphilique fragmenta a Menandri disquisitione segreganda videantur. Quare iam, quae incidendi ratio ab illis duobus poetis observata sit, exponatur.

Atque ex horum reliquiis nongenti trimetri secundum editionem, quam modo laudavimus, perlustrati hanc sibi legem poetas imposuisse confirmant, ne ullus omnino versus caesura destitutus admitteretur; nam ex tanta copia non amplius tres trimetri sine iusta ac legitima incisione incedunt:

1. Philem. frg. 96,3 *ὀδυνωμένους, τῶν πλουσίων δὲ τον βίον*
   Etenim hic, quae adesse videtur, semiquinaria non adest, siquidem ad caesuram mere rhythmicam conficiendam non hoc illove caedendi loco vocem aliquam terminari sufficit, sed graviori quadam pausa inter singulas versus partes intercedente rhythmi defluxum arte interrumpi necesse est,[2]) contra quam legem, qui *τῶν*-articulum a nomine suo caesurae gratia seiungat, temere peccet. Sed infra ad hanc rem revertendum est.
2. — — 114,1. *ὡς εὐφυὲς ζῶον κοχλίας, νὴ τὸν Δία*
   nisi forte quis hac, quam modo attulimus, causa neglecta post *ζῶον* caesura media versum iudicat incisum.
3. Diph. 64,1. *τὸ δειπνάριον ἀνθηρὸν ἦν, γλαφυρὸν σφόδρα*
   Verum numerorum ratio [3 : 900], si non ipsa corruptelae indicium haberi debet, at certe angustissimis finibus hanc licentiam esse inclusam ostendit.

Reliqui autem trimetri ad unum omnes sunt incisi

aut semiquinaria	470	
aut semiseptenaria	393 + 10	vide infra!
aut media id, est post tertium pedem absolutum	24,	

unde perspicuum est semiquinariam vel, ut cum Graecis loquar, *πενθημιμερῆ* ceteris esse praelatam, proximam sedem concedi semiseptenariae vel quam grammatici graeci vocant *ἑφθημιμερῆ*, vicariae denique munere fungi caesuram mediam, qua dissecantur versus in duas partes plus minusve inter se cohaerentes. Neque, quamquam notissimum est, priores illas caesuras haud raro esse coniunctas i. e. tertium trimetri quartumque pedem simul incidi silentio praetereamus, praesertim cum nonnunquam id ita se habeat, ut, utri palmam des, difficile sit ad diiudicandum. Atque cum, quid de versibus incisione aliqua in tripodias binas divisis statui debeat et quatenus caesurae mediae usus pertineat, summa inter viros doctos et fuerit et sit dubitatio atque lis, cui dirimendae ex suo sensu arbitrioque alii alia proposuerunt, iam ut, qua ratione Philemo Diphilusque usi sint, cognoscatur, ipsa exempla adscribere ac pensare nostrum esse videtur. Legis:

1. Philem. frg. 23,3 *οἶει τι τῶν ἄλλων | διαφέρειν θηρίων*
2. — — 4,3 *στῆσαι πριάμενόν τοι | γυναῖκας κατὰτόπους*
   Ne reluctante verborum connexu semiquinaria versum incidi credideris, cum *πριάμενόν τοι* voces ut arta inclinatione conglutinatae neque ab histrione aliter atque ut sententiae consentaneum est pronunciari possint. Idem spectat ad sequentem locum:

---

[1]) Comicorum Atticorum fragmenta ed. Th. Kock; Lipsiae MDCCCLXXX vol. II. pg. 478 sq.; vol. III a. MDCCCXXXVIII editum casu non nactus sum nisi abhinc duos menses maximam partem iam perfecta hac dissertatione.

[2]) Facio igitur in caesura statuenda cum iis, quae simpliciter ideoque accommodate ad persuadendum disseruit Albertus Schmidt: De caesura media in Graecorum trimetro iambico, Bonnae MDCCCLXV p. 5.

3. Philem. 28,8 *τοῖς περιπατοῦσί που, | Δάχης, ἐν τῇ στοᾷ.*
4. — 37,1 *πάντ' ἔστιν ἐξευρεῖν, | ἐὰν μὴ τὸν πόνον*
5. — 64,8 *καὶ τεττάρων χαλκῶν | μετὰ ταῦτα. καὶ μάλα*
6. — 65,1 *τὸ τῆς Ἀμαλθείας | δοκεῖς εἶναι κέρας*
7. — 72,4 *οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ | καλῶς πεπλασμένου*
8. — 88,9 *ὥσπερ τὸ κατα χρέος | κεφάλαιον ἐκτίνει*
9. — 128,1 *ὦ γέρον, ἐπὰν ἴδῃς | γέροντα καὶ μόνον*
10. — 160 *ἀγαθὴ γὰρ ἡ λύπη | καθ' αὑτῆς ἀναπλάσαι*
11. — 173,1 *ζῶν γὰρ ἀσκοῦ σαυτῷ | στεφάνων καὶ μύρα*
12. Diph. 19,8 *οὐκ ἐκδραμεῖν λαβὼν | ταδὶ δώσειςτ' ἐμοί*
13. — 32,10 *ἐὰν δὲ μηδ' ὁτιοῦν | ἔχων ζῇ πολυτελῶς*
14. — 33,8 *αὐτῶν ἀπὸ τῆς τιμῆς | ἑκάστης ἡμέρας*
15. — 43,81 *ὀψάριον ἀγοραῖον | ποιεῖν τις βούλεται*
16. — 55,8 *ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν | βαδίζειν ὑπολάβοι*
17. — 73,1 *ἄρισθ' ἁπαλλάττεις | ἐπὶ τούτου τοῦ κύβου*
18. — 79,1 *τράγημα, μυρτίδες | πλακοῦς, ἀμύγδαλα*
19. — 87,8 *κατὰ τὴν ὁδὸν πωλεῖν | περιπατῶν βούλομαι*
20. — 94,8 *τὰ δίκαια τοῦ κέρδους | διὰ παντὸς δοῦλος εἶ*
21. — 103,1 *ἰσχυρότερον κρίνω | τὸ χρυσίον πολύ.*

Cui numero haud dubitanter adiungimus:

22. Philem. 48. *ἀπο στόματος ἅπαντ', ἐὰν βούλησθ' ἐρῶ.*

Quamquam enim de iis versibus, quorum post pedem tertium terminatur quidem aliquod verbum, sed ita, ut apostropho adhibito syllaba ad quartae arsis sedem pertinens elidatur, alios[1]) longe aliter sensisse haud ignoro, tamen dubito an perite ac subtiliter iudicent, qui ex elisionis praesentia nulla sermonis contextus habita ratione ansam semiseptenariae statuendae quaeri velint; in hoc quidem versu, quia gravis pausa alteram ab altera dividit partem, nisi mediam stare non posse caesuram per enunciati sensum quis est quin concedat? Quid? nonne idem spectat ad

23. Philem. 125,8 : *μηδέπντ' ἐρώτα τοῦτ', ἐπὰν γέροντ' ἴδῃς* et

24. Diph. 32,9 *ὃς ἂν δὲ μὴ πίθηθ', ἐπέβαλον ζημίαν?*

Hos igitur viginti quattuor trimetros, qui acute cernunt, nulla alia nisi media caesura affectos esse censebunt; atque numero quidem sane parco ad illud tantum demonstrandum valent, ut nec prorsus hanc caesuram poetas detrectasse neque ei propenso quodam animo se dedisse contendamus. Quae sententia ne minime quidem infringitur debilitaturque, si — id quod caesurae mediae ut mirum quantum solemnis ac venustae cupidi laudatores fecerunt[1a]) — omnes ei versus, qui specie aliqua rationis huc referri possunt, per vim arcessuntur, trimetros dico ita scriptos, ut in tertii pedis fine cum elisione vel in ipsa voce vel in additis particulis ut *τ', γ', δ', μ' σ',* incisio fiat neque una sensus pausâ intermittatur. cf. Phil. 61,8; 68,1; 79,16; 88,10; 100,1; 120,8; 124,1; 147,1. Diph. 43,88. 88,2 (80,8 spurius est).

Id autem quam rationem habeat apertum est, nam semiseptenariae tribuendos esse hos versus cum Alberto Schmidt[2]) consentio.

2. De structura pedum incisorum.

Artissime nimirnm cum caesura cohaeret pedum incisorum structura, imprimis quae quibusque conditionibus solutiones sint adhibitae. Atque in universum praemitti liceat comicos

[1] Schmidt l. l. p. 7 sq.
[1a]) Preuss: De senarii Graeci caesuris, Regimontii 1859. [2]) ib. p. 32 sq.

poetas, ut primo obtutu cognoscas, multum ab Aeschyli Sophoclisque abstinentia recessisse. Etenim cum hi — nam quas leges Aeschylum servasse vir doctissimus Oberdick[1]) accurate luculenterque disseruit, eaedem fere Sophoclis sunt (excepto Philoctete) —

1. tertii et quarti tantum pedis thesi[2]) idque non nisi caesura praesente formam bisyllabam legitime concedi velint,
2. sparsim primum pedem dissolvant,
3. reliquos meros componant,
4. fere solum tribrachyn[3]) admittant, denique
5. quod ad syllabas attinet, quibus solutio effici potest, severissimas leges sibi imponant, nostri longe aliam normam sunt secuti; nam ut a primariae caesurae loco ordiar, pes tertius apud eos non raro tribus completur syllabis, cum ex 900 trimetris 136 solutae exstent, quarum solutionum plurimae (121) in thesin, paucae (15) in arsin cadunt. Non respuunt igitur comici anapaestum, cui tragicos locum non dedisse supra vidimus. Atque ex thesibus illis plurimus quidem numerus, non vero omnes, quod lex postulaverat, post caesuram sunt bisyllabae (103), duodeviginti autem quae restant theses nulla antecedente incisione invenimus solutas.

Verum neuter eorum ad eam licentiam progressus est, ut proceleusmaticum, qui vocatur, sibi indulgeret. Iam singula exponamus atque primum quidem eos versus, quorum arsis constituitur binis syllabis percenseamus: Legitur

1. Phil. 16,1 (Kock)
βασίλισσ' ἔσει Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ.

Si ab hoc versu novam sententiam incipere statuimus neque potius ignobili aliquo atque remoto oppido amicae nominato militem etiam Babylonis regnum pollicentem finxisse poeta existimatur, pro *βασιλίσσαις* ᾗ libri *A* levissimam mutationem *βασίλισσ' ἔσῃ* Bentlii vel quod editor recepit probari necesse est, ex re metrica certe nec verbis traditis quicquam obstare elucet. Videmus autem pedem tertium nomine propio expletum, cuius post exitum versus semiseptenaria inciditur.

2. Phil. 51. *τὸ κανοῦν δ' ὁ παῖς περίεισι τηνάλλως ἔχων* simili modo atque in priore versu tertius pes cum quarta arsi voce quadrisyllaba conficitur. item:
3. — 12,1 *γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν,*
4. — 88,3 *τὸν γὰρ βίον περίεργον εἰς τὰ πάντ' ἔχων*
5. — 95,6 *ἐλευθέρους ἐποίησε πάντας τῇ φύσει,* sed totus locus, unde petitus est, corruptelae atque additamenti quidem recentioris suspicionem movet,
6. — 149,1 *ὅσαι τέχναι γεγόνασι, ταύτας, ὦ Λάχης*
7. Diph. 32,11 *τῷ δημίῳ παρέδωκαν αὐτόν. Ἡράκλεις*
8. — 43,28 *ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα νὴ Δί' ἕτερά που*
9. — 14,1 *ὀργίζεται; παράσιτος ὢν ὀργίζεται;* huic trimetro soli etiam ab caesura difficultas oritur, nisi forte *ὤν* a nomie suo diiungi leve putas.
10. — 91,1 *ἦν οὐδ' ὁ πατὴρ ἐφίλησεν οὐδεπώποτε.*

Aliter res se habet in

11. Phil. 64,2 *τρὶ' ἡμιωβόλι' ἐστί. χαλκοῦ θερμὸν ἦν,* cuius post arsin solutam vox terminatur, ut incisio quaedam fiat; quamquam et hoc exemplum cum iis, quae antecedunt, ita congruit, ut verba *ἡμιώβολι'* et *ἐστί* cum elisione tum enclisi in unum quasi confluant, quo facto hic versus aeque atque illi semiseptenaria caeditur atque omni fere offensione purgatur.
12. Phil. 73,7 *τί οὖν ποιεῖς πλέον; Α οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει.* Haec scriptura non minus quam libri *A* verba: *τί οὖν ποεῖς πλέον; οὐδέν. ἡ λύπη σ' ἔχει* rhythmi leges ea re violat, quod post bisyllabam arsin et enunciati finis et caesura est, ut solutio numeri defluxum accelerans et caesura retardans contra pugnent,

---

[1]) Kritische Studien etc. I. Bändchen, Münster 1884 p. 35 sq.
[2]) Thesin dico et hic et per totum libellum eam pedis partem, quae ictum fert.
[3]) Errat igitur Schmidt l. l. p. 47.

Ad hoc vitium tollendum Brunckius ad coniecturam confugit: *τί οὖν πλέον σοίγ'*; extinxit autem *ποιεῖς* ut interpretantis cuiusdam supplementum; non male, at rectius fortasse *πλέον* eiicitur et quia toto loco de aegritudine dicitur *πο εῖς* in *πονεῖς* mutatur: *τί οὖν πονεῖς σύγ'; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει.*

13. Phil. 237. *βεβαιοτέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρός τοὺς γονεῖς*, cui iam ea de causa non multum tribuimus, quod de auctore libri dissentiunt.
14. Diph. 32,10 *ἐὰν δὲ μηδ' ὁτιοῦν ἔχων ζῇ πολυτελῶς* cf. pg. 3 et 7.
15. — — 66,7 *ὥς φησιν· οὐ διὰ τοῦτο γ' ἀλλ' ἐστιγμένος*, ubi praepositio et nomen artius inter se coniuncta sunt et caesuram post se habent.

Haec igitur exempla examinanti sane eam licentiae subesse rationem apparebit, ut arsin bisyllabam fieri liceat, si tertio pede et sequenti syllaba una voce (seu duabus pronunciatione coalescentibus) completis semiseptenaria caesura versus caeditur. Qui obsistunt trimetri rarissimi aut excusationis participes sunt aut corruptela maculati aut incerti autoris esse videntur.

Iam transeamus ad tertii pedis thesin. Duodevicies tantum ex binis syllabis constat tertia thesis non dirempta ab arsi eiusdem pedis caesura semiquinaria. Qui numerus etsi non ita magnus, quam longe a tragicorum severitate versuum pangendorum comici absint, satis ostendit quoniam huius rei apud Aeschylum unum exemplum invenitur: Eum. 485 cf. Oberdick.[1])

Sed nostrorum loci tam inter se sunt similia, ut, cur sit factum, statim perspiciatur; ubique enim trimetri semiseptenaria in duos rhythmicos ordines dissecantur, quorum prior in vocem aliquam longiorem exit.

Nunquam autem, id quod praedicandum est, huic thesi bisyllaba forma tribuitur, cum medio in versu incisione metrica pausa fit.

Solutionum autem thesis absque caesura adhibitarum exempla sunt haec:

1.	Phil.	11,3	*μηδέποτε* | . . .	8.	Diph.	43,11	*π η δάλια*
2.	—	28,7	*ἐπέτυχον.*	9.	—	43,24	*ἐν έβαλ ον,*
3.	—	59	*θοἰμάτιον*	10.	—	46,4	*δω δέκατον*
4.	—	98,5	*ὀψάρια,*	11.	—	43,9	*τοὐμπόριον,*
5.	—	120,4	*ἐφόδια*	12.	—	61,5	*φερόμενος.*
6.	Diph.	14,1	*αὐτόματα*	13.	—	66,11	*τἀργύριον*
7.	—	18,2	*παιδάριον,*	14.	—	80.3	*δ' ὀνόματα.*

Quae omnia eo inter se congruunt, quod alter pes absolutus a voce quadrisyllaba excipitur.

15. Phil. 72,5 *αἰσθησόμενον*
16. Diph. 19,2 *ἐκπωμάτιον,*
17. — — 99,1 *ἀνοητότατον,* in quibus longior vox inde ab altera thesi, et
18. Diph. 60,3 *ταλαιπωρότερον,* ubi ab altera arsi usque ad semiseptenariae locum pertinet; syllabae igitur tertio pede integro thesis solutae munere functae semper mediae partes eiusdem vocis sunt, quod (excepto primo pede) tragici severe vitant.[2])

Neque adeo rhythmi praecepta neglegunt, ut has syllabas inter binas voces distribuere audeant hunc in modum: ⏓ ⏑ ⏑ ⏑

Atque haec quidem de utroque rariorum solutionum genere; nunc veniamus ad trimetros — numero amplius centum — quorum thesin solutam caesura semiquinaria seu sola seu coniuncta cum semiseptenaria antecedens omni offensione purgat. Etenim si caesura intercedente metricum corpus in duo quasi membra rhythmica distrahitur atque ab eius loco altera senarii periodus inchoat, ibi easdem fere leges valere, quae initio versus trochaici pro — ⏑ saepissime ⏑ ⏑ ⏑ fieri sinunt,[3]) consentaneum est. Quam ob rem et primus quisque et incisi pedes maxime solutis arsibus sunt affecti: Iam, cui

[1]) l. l. p. 36 ann. 1. [2]) Christ Metrik p. 324 Anm. 6. [3]) Christ M. p. 324,7.

rationi duo hi poetae se adstrinxerint in legitima hac solutione usurpanda, accuratius disseratur. Atque quanta licentia trimetros iambicos a comicis fictos et supra vidimus et per reliquum hunc libellum videbimus, illa lege supersedere non ausi sunt, necesse esse solutae thesis (tertiae) syllabas ab una voce vel duabus pronunciatione in unam coalescentibus occupari, cuius legis v. d. Oberdick[1]) quamquam ipsa eum non fugit, causam sat perspicuam definire omisit. Neque enim quaelibet duarum brevium syllabarum coniunctio apta est, quae unius longae locum obtineat, sed eae tantum, in quibus pronunciandis aequum atque in una longa tempus consumitur; unde sequitur, ut syllabae aliqua elocutionis pausa intercedente distentae omnino sint ab hoc munere avocandae. Quam legem nimirum etiam apud Philemonem Diphilumque ita vigere monendum est, ut inter 104 arses bisyllabas 78 in unam eandemque vocem cadant, quorum exempla, quia nihil commemorabile inest, ad verbum recitare opus non est, praesertim cum de re ipsa in quarti pedis descriptione copiosius agatur; at numeros fortasse desideres, quare in quos equidem occurri afferre non omitto:

Phil. frg. 11,2; 11,6; 17,1; 32,1; 34,1; 41,2; 42,1; 60,2; 60,4; 71,2; 73,2; 76,2; 79,4; 79,12; 84,2; 88,4; 88,12; 89,2 89,3; 90,5; 92,10; 94,2; 95,4; 99,3; 101,5; 101,6; 108,1; 108,5; 114,2; 116,3; 124,2; 134,3; 136,1; 140,3; 142,2; 143,1; 147,2; 153,1; 172,2; 178,1; 184,1; 186,1; 193,2; 196; 201; 207; 233,2; 246,2; 246,11;

Phil. *ὁ νεώτ.* 1,3. Diph. 3,2; 3,4; 4,3; 5,2: 30,2; 32,23; 33,6; 34,2; 43,2; 43,4; 43,16; 43,20; 43,29; 44,2; 48,2; 54,2; 66,3; 66,13; 68; 80,1; 84,2; 86,2; 87,1; 88,3; 100,3; 104,2; 107,1; 115.

Contra hanc legem non peccant quidem, sed peccare videntur 18 trimetri, quorum post tertiam arsin sequuntur in

1)	Phil.	180,1	*τὸ γένος*	90,6	*τὸ κακὸν*
		208	*τὸ θέρος*	90,7	*ὁ βίος*
		149,2	*ὁ χρόνος*	170,1	*ὁ τρόπος*
		234,2	*τὰ κακὰ*		
	Diph.	33,7	*ὁ Πρίαμος*	66,3	*τὸ γένος*
2)	Phil.	10,5	*παρ' ἑτέρου*	129,2	*κατ' ἰδίαν*
	Diph.	32,16	*κατ' ἀγορὰν*	43,3	*ἐν ἀγαθοῖς*
		43,40	*μεθ' ἑτέρων*		
3)	Phil.	27	*τὸ δὲ κελεύειν*	74,2	*σὺ δέ γ' ἐμοὶ*
		91,9	*ὁ δὲ παρὼν*	145,2	*σὺ δὲ φέρεις*
4)	Phil.	155,2	*ἵν', ὅταν*		

Quarum solutionum priores (sub 1 et 2) nihil suspecti praebent, cum articuli praepositionumque voculae suis cum nominibus uno vocis tenore pronuncientur necesse sit, ut ne tragicorum quidem severitas hanc, si ita dici licet, licentiam plane perhorruerit[2]) Similiter iudicandi sunt quattuor qui subsequuntur loci (sub 3), quoniam *δὲ* particula leni inclinatione antecedentia excipiens omnem vocis summittendae necessitatem, ne dicam potestatem aufert. At nec sequenti loco sane aliqua inquinato duritia, cum inde ab *ὅταν* intercalatum enuntiatum ordiatur, omnis excusatio deest; nam quae per se separata incedunt apostrophi vi aliquanto propius recitanti concurrunt.

Sed ut tota haec tertii pedis semiquinaria incisi eiusque solutionum quaestio ad certum iam finem perducatur, neque illud parvi aestimandum est, quod comici hi duo poetae tantum abest ut legem illam tragicorum — pedem solutum tribrachyn fieri debere — servaverint, ut contrariae rationi de dedisse videantur, cum plus duplo [omnium] elevationum numero syllabis seu natura (53) seu positione (16) longis sit confectum; exempla autem sunt:

[1]) l. l. p. 86. [2]) f. Oberdick p. 36 et C, Fr.Müller De pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Berol. 1861 pg. 24s, 34s, alibi.

Phil. 10,8 (p).[1]) 11,2. 27; 32 (p). 11,6 (p). 34; 41 (p). 60,4. 71,2. 73,2 (p). 74,2. 84,6. 88,12 (p); 89,2. 89,8 (p). 90,5. 91,9. 92,10. 94,2. 95,4. 99,3. 101,5. 101,6. 108,5. 114,2. 124,2 (p). 129,2. 134,2, 136,1 (p). 140,4 (p). 142,1. 143,1. 145,2. 153,1; 172,1 (p). 178,1. 180,1. 193,2. 208. 246,2. 246,6. 246,11.

Phil. ὀνεώτ. 1,8.

Diph. 3,2. 4. 4,3. 5,2. 30,2. 32,16. 32,22. 33,6. 34,2. 43,2. 43,3. 43,4. 43,20. [43,29 (p) sed versus est corruptus]. 43,40. 44,3. 48,2 (p). 54,2. 66,8. 66,12. 68. 80,1 (p). 84,2. 86,2 (p). 88,2 (p). 107,1. 115. Tribrachi schema exhibent (33):

Phil. 17,1. 28,5. 42,1. 60,2. 76,2 (muta c. liq.) 79,4. 79,12. 88,4. 90,6. 90,7. 108,1. 116,3. 117,2. 142,2. 147,2. 149,2 (m. c. l.) 155,2. 170,1. 184,1. 186,1 (m. c. l.) 196. 201. 207. 232,2. 234,2.

Diph. 32,27. 33,7. 43,16. 43,19, 66,3. 74,6. 100,2. 104,2.

Restat, ut paucis describatur tertii pedis structura, cum trimeter post priorem tripodiam (caesura media) incisus in duo comparia membra dissecatur. Quanta eiusmodi versus florent similitate! cf. pg. 6.

Namque non soluti, sed mere iambici vel spondaici pedes soli[2]) inveniuntur, quod minime casu factum arbitror.

Solutiones enim et arsis et imprimis thesis numeri cursum accelerant et vocis remissioni obsistunt, ut si admitterentur, huius caesurae natura ac vis plane tolleretur. Quare facere cum iis non possum, qui ut Albertus Schmidt[3]) dactylicam structuram ad hanc caesuram quadrare putant, immo eiusmodi versus — numero rarissimos, ut ipse v. d. dicit — equidem utpote rhythmi leges gravius offendentes inquinatorum numero adscribere non haesito.

Quartus senarii pes, cuius structurae describendae iam operam demus, paulo minore solutionum numero affectus est; inveniuntur enim 117, quae aeque atque in tertio pede partim thesis (84), partim arsis sedem (33) obtinent, ut hic anapaestum aliquanto minus repudiatum esse eluceat.

Quod quomodo quibusque finibus sit factum ut perspiciamus, iam exempla ipsa afferre non alienum a re mihi videor esse.

1. Phil. 4,10 ἐξαπατηθῇς
2. — 9,1 ἐγχεάτω
3. — 41,5 ὀγαθὴν
4. — 79,16 ἐδίωκον
5. — 88,9 κεφάλαιον
6. — 101,1 Νιόβην
7. — 102,6 ἀκούουσιν
8. Phil. 106,2 μανία
9. — 114,1 κοχλίας, cf. pg. 4.
10. — 114,2 ἕτερον
11. — 137,1 οὐδεμία
12. — 139,1 λιθίνου
13. — 173,2 αἰσθόμενος
14. Phil. 188 ἄχυρα
15. — 198 εἰς μετάνοιαν
16. — 237 φιλίαν
17. Diph. 17,2 τοὐμπυρίου
18. — 17,6 στόματα nisi forte positionem m. c. l. spernens tribrachum praefers.
19. Diph. 17,8 μεγάλην
20. — 17,10 μυρίνην
21. — 33,2 δεκάτην
22. Phil. 43,12 ὑπέραντλος
23. — 66,1 ἰχθυοπώλα
24. — 73,2 ὑπόθες
25. Diph. 98,2 κολοκύντην
26. Phil. 61,2 ἐπὶ τοῦ
27. — 64,2 μετὰ ταῦτα
28. — 225,2 δύναμ' εὑρεῖν
29. — 228,2 βίον ἐξέταζ'
30. Phil. 246,1 ἀπὸ τοῦ
31. Diph. 14,2 Δία τοῖς
32. — 73,1 ἐπὶ τούτου
33. — 94,1 διὰ παντός

Longe plurimos horum versuum (19) ita pactos vides, ut tertio pede legitime inciso aut huius thesis et totus quartus una voce compleantur aut longa syllaba plus minusve cum sequentibus cohaerens et vox per quartum quidem pedem pertinens subsequantur; his simillimi

[1]) p-littera adscripta positione longam syllabam significat.

[2]) Phil. 32,10, qui anapaesti formam ostendit, non adversari huic rationi concedes, si volubilem ι-litterae naturam respexeris, quae efficit, ut ὁπιοῦν quasi bisyllabum audiatur.

[3]) l. l. p. 9 ad Babrii fab. XXII v. 5 at in eodem libello pg. 17 ratiocinans tales versus a dialogi partibus excludit; aput tragicos quidem unum tantum exemplum reprehenditur: Aesch. Pers. 403.

sunt 4, 5, 9, 21, 23 quorum post tertium absolutum caesura facta a voce trium aut plurium syllabarum excipitur. Ubi vero (26—33) ad quartum conficiendum duae voces adhibentur, bisyllabae arsis sedes tenet praepositio,[1]) ut propter artam eius ad nomen inclinationem nihil excusationis desideres. Fit autem maximam partem (quinquies: 25, 26, 27, 31, 32) tum cum oratione medio in versu subsistente gravior pausa oritur, quod fieri posse et re vera factum esse nobis minus mirum videtur quam quod non saepius factum est. Huius autem rei, si certo ciudam consilio nec casui debetur, nulla alia causa praesto est, nisi nimium fere pro comico utrumque fuisse in tertiis quartisque pedibus mere componendis.

Atque hoc quam iuste dictum sit, etiam aliud ostendit. Theses enim in hoc pede absente semiseptenaria novem tantum solutae exstant atque hae quidem:

1. Phil.	2,2 | διαφέρειν	5. Diph.	32,9 | ἐπέβαλον
2. —	43,3 | τὸν πατέρα	6. —	43,26 | μειράκιον
3. —	97,6 | μυριάδας	7. —	49 | ψωμοκόλαφον
4. —	137,2 | ταὐτόματον	8. —	87,3 | περιπατῶν
		9. —	87,4 | θερμοκυάμους

Denique, ut quartae thesis solutae natura prorsus cognoscatur resque, de qua agitur, ad finem iam perveniat, reliqua exempla adscribi liceat. Post arsim quartam brevi plerumque syllaba confectam sequitur:

a.

1. Phil. 2,2 ἀδεήθη...	24. — 120,4 πιριποιούμενοι	46. — 43,15 διαλογίξεται
2. — 4,16 ἀλλοτρίαν	25. — 124,2 ἀκολουθεῖν	47. — 43,16 ἐπιβάλλει
3. — 7,1 ἐπὶ	26. — 125,3 ὅτε	48. — 43,22 ἔνι
4. — 7,3 ἀκολουθῶν	27. — 127,2 ἐπὶ	49. — 43,37 ἕτερα
5. — 10,2 μετὰ	28. — 128,3 ἐπὶ	50. — 44,4 ἀπὸ
6. — 34,1 κατεθέμην	29. — 131,1 ἐπιεικῶς	51. — 48,1 ἐπὶ
7. — 57,2 διατελεῖ	30. — 131,3 δια	52. — 60,10 ὁμολογούμενα
8. — 69,2 ἀποθανούμεθα	31. — 132,3 κακόν	53. — 60,11 διότι
9. — 79,10 ὁπόταν	32. — 134,2 ὑγιαίνειν	54. — 63 δυσάρεστον
10. — 79,11 περιτρέχει	33. — 146,1 ἱμάτιον	55. — 64,3 ἐπὶ
11. — 79,24 ἐγένοντ'	34. — 228,3 ἀδικίας	56. — 66,5 ὑπερηκοντικώς
12. — 85,3 ἐπιπιεῖν	35. — 229,2 διαπεπραγμένῳ	57. — 66,6 ἱερὰν
13. — 88,12 παρέχειν	36. Phil. ὄνεωτ. 2,4 ἀποθνήσκειν	58. — 69,2 ἀγαθοῦ
14. — 91,2 πεποιηκὼς	37. Diph. 18,2 ὀπὸν	59. — 74,3 ἀπογαλακτιεῖ
15. — 93,2 περὶ	38. — 18,3 πιέσω	60. — 79,2 ἐπιδορπίζομαι
16. — 94,6 διατηρεῖ	39. — 18,4 περιοισθήσεται	61. — 83,2 ἐπὶ
17. — 95,2 ἐγενήθη	40. — 32,3 ἀναχρίνειν	62. — 84,1 διακύψας, si quidem verba tradita recte disposita sunt.
18. — 95,3 κατεδουλώσατο	41. — 92,9 ἐπέβαλον	
19. — 98,1 ἐλελήθειν	42. — 32,21 ὑπο	63. — 88,4 ἀναπαύσας
20. — 103,3 ὑπὸ	43. — 32,22 λάχανα	64. — 92,2 διαπεπραγμένῳ
21. — 104,2 μεθύων	44. — 32,26 πετομένην	65. — 94,2 ὅταν
22. — 105,2 ἐπιμελῶς	45. — 33,3 καταθεὶς	66. Phil. 161,2
23. — 106,4 διὰ		

cum cobet. Mnem. nov. II 443 scribendum puto: ἃ καλῶς ὅταν φέρῃ τις ἀγαθὰ γίνεται

b.

67. Phil.	31,4 ὁ βασιλευς	72. Phil.	ὁ νεώτ. 1,4. ὅσ' ἄν
68. —	90,10 παρ' ἑαυτῷ	73. Diph.	23 ὁ Χαρίνου
69. —	97,5 τὸν Ὅμηρον	74. —	54,1 ὁ δὲ
70. —	140,3 ὃ δέδωκας	75. —	107,2 τρί' ἐπαντλεῖ.
71. —	193,1 ὁ πολύς		

[1]) exceptis 27, 28, 30.

Illa quidem tot exempla, quae sub a-littera collecta sunt, satis, opinor, comprobant cum diligenti atque anxia quadam cura, ut hic quoque solutionis syllabae unius vocis initium sint, poetas studuisse.

Nam etiam ex novem sub b positis locis, qui contra pugnant, sex propter articuli vel praepositionis naturam nihil aures nostras offendunt, tres autem, qui restant soli sine defensore[1]) aut comicae musae condonandi sunt aut a poetis avocari debent.

Pedum autem non incisorum structuram, quia nihil ad rem propositam attinet, silentio praeteriens illud tantum moneo, omnium saepissime atque plurimis maximisque licentiis solutum esse pedem primum (221), secundum deinde numero solutionum paulo praestare tertio (168), quintum denique prorsus fere huic licentiae denegatum esse, cum sexagies tantum ea utantur.

Neque adeo, quatenus compluribus solutionibus una in singulis trimetris usi sint, nostram quaestionem adiuvat, attamen ne hac quidem re omnino omissa rationem constituemus, qua, quid poetae spectaverint, satis illustrabitur: Solvuntur simul

1)	pes primus et secundus Phil. frgm. 61,1. 71,6. 79,15. 81. 114,4. 119,8. 144,1. 160,9 170,2. 171,2. Diph. 4,1. 43,22. 43,22. 43,31. 64,4. 90,2 . .	= 16.
2)	primus et tertius: Phil. 16,1. 27. 51. 60,1. 71,2. 84. 88,4. 98,5. 99,8. 104,5. 108,1. 108,5. 142,1. 184,1. 186,1. 196. Diph. 5,2. 19,1. 32,22. 32,27. 33,6. 43,22. 48,2. 66,3. 66,18. 84. 104,2	= 27.
3)	primus et quartus Phil. 2,2. 41,4. 57,2. 79,11. 90,16. 131,1. 137,3 Diph. 14,3. 17,3. 48,1. 87,2. 87,3. 88,4. 94,2. 94,3	= 15.
4)	pr. et quintus Phil. 26, 76,4. 85,1. 93,9. 100,2. 160,1. 164,1. Diph. 17,18. 43,41. 69,1. 73,10. 83,1. 105,4	= 13.
5)	secundus et tertius Ph. 10,5. 11,2. 12,1. 76,3. 90,6. 90,7. 94,2. 134,3. 155,2. 172,1. 201. Diph. 4,3. 14,1. 30,2. 43,9. 80,1. 88,3. 91,1. 99,1. 107,1. 115,1	= 21.
6)	sec. et quartus Phil. 30,4. 42,3. 79,10. 88,9. 98,1. 101,3. 106,2. 98. Ph. ὃν 4. Diph. 17,6. 43,22. 63. 83,2	= 13.
7)	sec. et quintus Phil. 4,3. 47,2. 74,3. 76,1. 89,10. 91,6. 95,7. 99,2. Diph. 43,10. 43,19. 43,34. 55,4. 64,1. 93,3	= 14.
8)	tertius et quartus Phil. 34. 88,18. 120,4. 284,2 et Diph. 43,16 . . .	= 5.
9)	tert. et quint. Phil. 153,1. Diph. 3,3. 32,16. 43,4. 66,11	= 5.
10)	quart. et quint. Diph. 32,21. 43,18	= 2.
		131.
11)	primus et secundus et tertius Phil. 143,1. 193,2. Diph. 14,2. 44,3. 75,3	= 5
12)	prim. et sec. et quart. Diph. 17,10, 107,2	= 2
13)	prim. et sec. et quint. Diph. 66,10	= 1
14)	prim. et tert. et quart. Diph. 18,1	= 1
15)	prim. et tert. et quint. Ph. 79,4. Diph. 43,22	= 2
16)	prim. et quart. et quint. Ph. 79,16. Diph. 33,3	= 2
17)	sec. et tert. et quart. Ph. 124,2. 237	= 2
18)	sec. et tert. et quint. Ph. 149,2	= 1
19)	tert. et quart. et quint.	0
		16.

Ex Menandri fragmentis, ad quae examinanda iam transeatur, par fere numerus (880) comparationis causa secundum editionem Meinekianam[2]) perlustrabatur. Quamquam enim incertarum fabularum reliquias, easdem omnes perscrutatus, non raro Menandreum colorem prae se ferre cum editore sensi, tamen seu propter brevitatem locorum seu propter pravitatem librorum, nonnunquam etiam ob parum accuratam rationem poetarum verba citandi veteribus adamatam, incauti atque temerarii iudicis esse tam infida mole confisum leges componere

[1]) dico 70, 72, 75.

[2]) Fragmenta comicorum graecorum coll. et disp. Augustus Meineke, Berol. MDCCCXLI vol. IV.

atque ipsius Menandri nomine foras emittere non minus mihi persuasum est. Hac igitur sententia — sive vera sive falsa est, certe malum malo cumulari non patitur — perductus ab omnibus incertarum fabularum reliquiis recedendum existimabam praeter paucas illas longioris ambitus, quas Meineke inde ab altera usque ad tertium decimum fragmentum collegit. Ex his, quae enucleari potuerunt, haec sunt.

1. de caesuris.

Primo loco monendum est illam legem ea, qua par est, severitate observari, ne ullus omnino versus careat incisione rhythmica. Nam undecim tantum versus caesura neglecta leguntur, quorum etsi non aliqua pars manuscriptorum iniquitati deberetur causa defendens facile intellegitur. Ubique enim longior aliqua vox metri angustiis male se accomodans, ut contra praeceptum peccaretur, effecit. Confer quaeso:

1. *Ἀρρηφόρος ἢ Αὐλητρίς* 1,5. *Πέραινε ⏑̣ σωθείης δὲ νῦν · ἀληθινόν*, quod editoris, non poetae peccatum esse apparet; neque ipse Meineke ista versus specie adeo gavisus annotat: „*νῦν* Iacobsius fortasse rectius cum sequentibus iunxit"; sane probandum, nisi forte verborum ordinem mutari praestat: *πέραινε. νῦν δὲ | σωθ . .*
2. *Δημιουργός* 1,1: *Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γὰρ νὴ Δία*
3. ib. 1,8: *τὴν νύκτα τ' ἠγρυπνήκαμεν · καὶ νῦν ἔτι.*
4. *Κεκρύφαλος* 2,2: *μύρα, στεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει*, sed nisi graviorem corruptelam subesse iudicas, intercalandum puto post *στεφάνους θ'* pro *τε*-vocula quae quidem [*ΘΈ*] ante sequentem litteram *ἑ*-facile scribentem effugere potuit. Quo facto semiquinariae illa vicaria forma oritur.

   Pariter me quidem iudice subveniendum est:
5. *Κόλαξ* 3,8 *ἔγχει. θεοῖς Ὀλυμπίοις* · · · · ·, cui facile medemur, si *θεοῖς* ut elisione ex *θεοῖσι* ortam scribimus *θεοῖσ'*. Non raro enim dativus pluralis horum nominum in *ι*-litteram exit. cf. ib. 3,4.
6. Fortasse et in *Τροφώνιος* 1,4 *ἐνπροσφάτοις ἰχθυδίοις τεθραμμένα* scribendum est *προσφάτοισ'*.
7. *Πλόκιον* 1,11 *λαβεῖν ἔμ', ἑκκαιδεκατάλαντον, ὦθεοί.*
8. *Τροφώνιος* 1,11. *κάνδαυλον, ὑποβινητιῶντα βρώματα.*
9. *Ὑποβολιμαῖος ἢ ἄγροικος* 12. *ὡς μηδὲν ἀποκρινουμένῳ δ' οὕτω λαλεῖν*, qui versus e re metrica non minus prave incedit probata editoris coniectura *τούτῳ* (pro *δ' οὕτω*) i. e. *ἐμοί.*
10. fabulae incertae 3,14 *τὴν πόλιν ὅλην. οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν*, nam articuli vox cum nomine suo unum in membrum coalescens eo minus hic post se incisionem fieri patitur, quod gravis interpunctio antecedit.
11. fab. inc. 6,2: *γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις*, verum conicio ita scriptum esse: *γράφουσι πέτραις τὸν Προμηθέα ποτέ.*

Comprobatis igitur iis, quae ad sanandos versus proposuimus restant tantum: 2, 3, 7, 8, 9, 10, quorum 7, 8, 9 ex longo vocis alicuius medio in versu positae ambitu excusationem habent.

Nec non alteram illam legem apud Menandrum in caesuris statuendis valere videas: ut principalis incisio rhythmica sit, quae ante tertiam thesim incidat; proximum vero neque ita inferiorem locum sibi autumat semiseptenaria, quod confirmatur hac, quam subesse invenimus, numerorum ratione: 466 : 355.

Qui numeri non ita paucos versus comprehendunt, quos facile caesurae mediae tribuas, nisi re bene distincta vera huius rei exempla ab iis, quae esse videntur, severe discernis. Etenim non media, sed hephthemimeri caesi haberi debent ii versus, quorum incisus tertii pedis finis aliquo modo obtegitur sive apostropho sive monosyllaba voce. Omnibus autem his iure ab hoc loco seclusis 68 exempla caesurae mediae supersunt, quae enumerare nobis iam liceat.[1])

---

[1]) Fortasse hic et alias locos ipsos pro numeris desideras; et doleo, quod difficultatibus necopinato in libro typis exscribendo coortis maximam partem orationis graecae exstinguere coactus sum.

1. Ἀδελφοί 4,3 | 4. Ἀρρηφορ. 3,1 | 7. Ἀφροδίσια 3 | 10. ibidem 4,1
2. — — 9,3 | 5. — — 3,3 | 8. Βοιωτία 1,3 | 11. — — 4,4
3. Ἄνδρια 2,1 | 6. — — 3,5 | 9. Γεωργός 1,2 | qua de causa huic

versui nulla apostrophi ratione habita mediae tribui velim supra expositum est.

12. Ἀάρδανος 1 | 16. ibidem 4,3 | 20. Ἡνίοχος 5,3 | 24. Ἱέρεια 2,5
13. Ἀνσκολος 2,1 | 17. Ἐμπιπραμ. 1,3 | 21. Θεοφορουμένη 2,3 | 25. — — 2,1
14. — — 2,3 | 18. Εὐνοῦχος 2,1 | 22. Ἱέρεια 1,1 | 26. Ἴμβριοι 1,5
15. — — 2,12 | 19. Ἡνίοχος 1,5 | 23. — — 1,6 | sed Menandro

adeo non politos versus quis est qui tribuat ⏑—, ⏑ ⏑ ⏑—[1])? Itaque versum etsi dubitanter dispono: *σύμβουλος · πάντ' ἔχει | ὁ λογισμῷ διαφέρων.*

27. Καρχηδόνιος 3,3 | 28. Κιθαριστής 1,3 | 29. ibidem 2,3 | 30. Κόλαξ 2,5

31. ibidem 6,1 *οὐδεὶς ἐπλούτησεν | ταχέως δίκαιος ὤν* in hoc quoque versu verborum ordinem librariorum errore confusum esse confidentur dicimus, nam *ταχέως* a verbo suo, cui accuratius definiendo inservit, pausa atque ideo metrica incisione abscissum certe ad artem Menandream non puadrat; transponantur igitur: *οὐδεὶς δίκαιος ὢν ἐπλούτησεν ταχέως.*

32. Κωνειαζόμεναι 1,3 | 33. Κυβερνῆται 1,3 | 34. ibidem 2,6. | 35. Λευκάδια 2,3 *τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, | πονηρὰ βούλεται,* an cuiquam dubium est, an versus huc afferri debeat, cum vox monosyllaba anteiens semiquinariae statuendae hansam quandam praebeat? Sed cum *μὴ* et *φῇ* voces sensu arcte cohaerent, tum tota versus structura, ubi incisionem fieri poeta voluerit, palam facit.

36. Μισόγυνος 1,14 | 37. Ξενόλογος 1,3 | 38. Ὀργη 1,3 *τότ'. ἀλλὰ νῦν· οὐδὲ | χλανίδ' εἶχον· ἀλλὰ νῦν.* at rectius fortasse hic tam iocosus versus inter non legitime incisos numeratur.

39. Ὁμοπάτριοι 2,1 | 40. Παίδιον 1,1 | 41. Περικειρομένη 1,3 | 42. Περινθία 1,3

43. Πλόκιον 1,3 | 44. Πλόκιον 4,9 *ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν | ἅπαντας νουθετῶ, ἀλγῶν* recte Grotius pro *ἀλέγων* librorum.

45. Πλόκιον 6,1 | 48. Στρατιῶται 1,1 | 51. Τροφώνιος 1,10
46. — — 10 | 49. Συναριστῶσαι 3,3 | 52. Ὑδρία 2,3
47. Ῥαπιζομένη 8,1 | 50. ib. 4,3 | 53. Ὑποβολιμαῖος 2,3

54. Ὑποβολιμαῖος 2,5 *πῦρ· ταῦτα κἂν ἑκατὸν | ἔτη βιῷς ἀεί,* ita versum a Porsono apud Gaisfordum ad Eurip. Suppl. p. 207 dispositum Meineke retinuit, sed cum Menander ante banc caesuram non minus qnam Philemo Dephilusque anapaestum respuerit (nam quinquies tantum invenitur cf. 9,11, 39, 42, 57) cavendum est, ne aliena ei imputemus; quare pro librorum *κἂν ἑκατὸν ἔτη* transponendum videtur: *πῦρ· ταῦτα κἂν ἑ τη | βιῷς ἑκ..*

55. Ὑποβολιμαῖος 2,10 | 56. Ὑποβολιμαῖος 3,4 | 57. Ὑπνβολιμαῖος 9,3

58. Φιλάδελφοι 3,3 | 59. Χήρα 4,1 | 60. Ψευδηρακλῆς 1,4 | 61. Ψευδηρακλῆς 1,6 *οὐκ ἔστι κανδύλους | ποιεῖν, οὐδ' οἷα σύ* sed penthemimeris leni mutatione restituitur *οὐκ ἔστι ποιεῖν | κανδύλους, οὐδ' οἷα σύ* | 62. Ψευδηρακλῆς 1,7.

63.—68. Fabulae inc. 3,13, 5,13, 8,1, 9,1, 11,5, 11,7.

Quae exempla quid nos docent? Tria sunt:

1. Menandrum secus ac Philemonem Diphilumque caesuram mediam etsi non studio quodam affectaverit, attamen haudquaquam anxie fugisse atque evitasse,
2. Quamquam hac caesura adhibita pedem tertium purum (iambicum vel spondaicum) scripserit, tamen paucos anapaestos sibi indulsisse,
3. Versu ita in duo cola distracto alterius membri initium (pedem IV) quasi primi pedis licentiis anapaesti usu frequenti esse affectum.

[1]) Christ Metrik[2] § 883 pg. 328.

2. de pedum structura.

Progredientibus iam ad pedum structuram primo quidem loco de dissolutionum numeris verba facienda nobis sunt, qua quidem in re hunc poetam omnino fere cum illis congruere mirum non est. Solutiones enim exstant

in pedibus	I	II	III	IV	V
apud Phil. et Diph.	221	168	136	117	61
apud Menandrum	208	179	131	161	76

Quibus numeris comparatis graviorem discrepantiam non reprehenderis nisi in pede quarto. Itaque in hanc caesurae sedem iam inquirere liceat. Cum illi duo comici hanc aliquanto minus tertia sede dissolutam finxerint, apud Menandrum solutionum numerus multo praecedit, huius autem rei intellegendae inserviamus hac ratione: ex illis (161) solutionibus dimidia fere pars (67) in arsin, ut eis 94 bisyllabae theses respondeant, i. e. amplius dimidia parte omnium in elevationem cadant. Atque cum quartum pedem propter crebros anapaestos ad normam primi pedis accedere intellexerimus, sequitur, ut Menandro trimetris quodammodo in bina membra vel binas tripodias divisis delectatus sit. Id pede tertio accuratius comparato eo magis patebit. Nunc locos ipsos enumeremus **arsis quartae** solutae.

a.

1. Ἀνδρόγυνος	5,1	10. Ἴμβριοι	1,2	19. Παρακαταθήκη	4,3	28. Ψευδηρακλῆς	1,15
2. Ἀνέψιοι	4,2	11. —	1,3	20. Πλόκιον	2,4	29. —	4,3
3. Βοιωτία	5	12. Κιθαριστὴς	1,10	21. —	4,2	30. Fab. inc.	2,3
4. Γεωργός	2,5	13. —	5,1	22. —	4,3	31. —	2,15
5. Δεισιδαίμων	3,1	14. Κνιδία	1,2	23. Τροφώνιος	1,3	32. —	3,6
6. —	4,6	15. —	2,2	24. Ὑδρία	1,2	33. —	3,10
7. Δίδυμαι	1,2	16. Μέθη	1,3	25. Ὑποβολιμαῖος	2,6	34. —	3,14
8. Ἐπαγγελλόμενος	2,2	17. —	1,10	26. Φιλάδελροι	1,2	35. —	6,5
9. Ἡνίοχος	1,1	18. Ναύκληρος	1,7	27. Χαλκεῖα	3,2	36. —	7,4

b.

37. Ἀνδρία 2. καὶ τεττάρων ᾠῶν | μετὰ τοῦτο, φιλτάτη, similiter. | 38. Ἀρρηφόρος 3,5

39. Βοιωτία	1,3	46. Κανηφόρος	1,2	53. Ναύκληρος	1,3	59. Ὑποβολιμαῖος	2,15
40. Γεωργὸς	1,2	47. Κόλαξ	3,1	54. Ὀργή	1,3	60. Fab. inc.	3,12
41. Δύσκολος	2,1	48. —	3,3	55. Περινθία	1,2	61. —	5,12
42. —	2,12	49. —	6,1	56. Στρατιῶται	1,1	62. —	6,7
43. Εὐνοῦχος	2,1	50. —	6,3	57. Συναριστῶσαι	3,2	63. —	11,7
44. Ἱέρεια	2,5	51. Κυβερνῆται	2,6	58. —	4,2		
45. Ἱππόκομος	1,6	52. Μισογύνης	1,16				

c.

64. Μισούμενος 1,2 καὶ μετὰ Μενοίτα | καὶ μετὰ Περδίκκα πάλιν
65. Fab. inc. 2,6 ἄτοπόν τε πεποίηκ' | εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις

d.

66. Ὀργή 1,5 καὶ παραλιτοῦμαι νὴ Δία | καὶ γενήσομαι
67. Τροφώνιος 1,3 οἷον τὰ νησιώτικα | ταυτὶ ξενύδρια.

Et Menandro ut Philemoni Diphiloque praecipuum arsis quartae solutae genus id visum est, cuius exempla sub a-littera in unum collata saepissime hanc sedem ita solvi ostendunt, ut tertio pede semiquinaria inciso totus quartus et pars reliquae dipodiae una voce longiore (seu duabus inter se coniunctis ut 9) constet atque a solutione et vox et pes initium capiat. Vitiose quidem, sed raro hae duae breves cadunt mediam in vocem a tertia

thesi per totum quartum pedem et ultra eum extensam ac productam (cf. a 12, 14, 16, 23, 26, 29, 31, 32, 36). His autem addendus est v. 34, qui praeterea ex caesura laborat, qua quidem caret nisi articuli voculam a nomine suo per vim abscindis.

Simillimi illis sunt versus duo (sub c), qui non secundum hoc schema: | ∪ ⏑ — ⏑ —, sed illud: ∪ ⏑ ⏑ — ⏑ — pacti incedunt.

Ab eo autem numero non ita abesse alterum genus (sub b), quod ita constituitur, ut altera series versus in medio incisi a bisyllaba arsi ordiatur, minime mirum est respicientibus tantam copiam trimetrorum a Menandro caesura media bipartito scriptorum. Ceterum et haec solutio plerumque initio longioris vocis fingitur, praeter septem singulis vocibus bisyllabis, magnam partem praepositionibus, compositas. Semel tantum (67) longior vox prave[1]) in duas breves syllabas ante semiseptenariam exit; huic denique adscriptus est unus versus, qui utraque legitima caesura praeditus quartam arsim bisyllabam exhibet (66).

Sed ut tota haec res absolvatur uno tenore, tertiae arsis Menandreae qualis sit natura nunc ipsum exponamus. Soluta autem est haec arsis

1.	Ἀδελφοί	11,2	κατέσεισε |		
2.	Γεωργός	1,2	πενίαν |		
3.	—	4,4	ἀπέδωχ' |		
4.	Δεισιδαίμων	2,2	τὸν ἱμάντα |		
5.	—	2,4	σὺδὲ |		
6.	Ἐπίκληρος	5,4	ἐξεσόβησε |		
7.	Ἴμβριοι	1,5	διαφέρων | [2])		
8.	Κεκρύφαλος	1,1	γυναικονόμοις δὲ |		
9.	Κυβερνῆται	2,7	ὀδυνᾶτ' |		
10.	Μισογύνης	1,11	συμπαρέμεινεν		
11.	Ξενόλογος	2,2	τί ποτ' ἐστὶν |		
12.	Ὁμοπάτριοι	2,1	νομιζομένους |		
13.	Περινθία	1,2	ἔξαπατᾷ |		
14.	Πλόκιον	2,	ἀργαλέα 'στίν, |		
15.	Ὑποβολιμαῖος	2,3	νόμισόν τιν' |		
16.	—	9,2	ἀτυχεῖν | [3])		
17.	Fab. inc.	3,3	καλόν ἐστιν |		
18.	—	10,7	θεράποντες |		

Atque quod ad rationem, quae inter solutam hanc arsim et caesuras attinet, maior trimetrorum pars cum Philemonis Diphilique norma consentiens ita constructa est, ut solutio cum semiseptenaria naturali quodam vinculo coniungatur; neque tamen alteram illam (apud Philemonem inusitatam) solutionis cum caesura media consociationem ita reformidavit, ut decem illius rei exemplis septem huius respondeant (cf. 1, 4, 6, 8, 10, 11, 14, 15, 17, 18 — — 2, 3, 7[2]), 9, 12, 13, 16. Deinde si ipsas solutionis syllabas respicimus, Menandrum eundem neglegentiorem vel alii legi obnoxium fuisse contendendum est, siquidem lectionibus traditis aliquid tribuimus. Nam dimidia tantum pars versuum quam antea legitimam atque culpa vacuam intelleximus solutionis speciem prae se fert (1, 2, 3, 4, 9, 15—18); reliqua autem multitudo non initio vocis bisyllabo, sed aut media parte conficitur (6, 7, 8, 10, 12, 13, 14) aut duabus monosyllabis voculis aures nostras gravissime offendunt (5,11); sed ne in eiusmodi rebus disquirendis verbis traditis magis quam cauto iudicio confidamus, iam illud monet, quod alteri (5) horum versuum etiam ex caesura inextricabilis difficultas oritur.

Progregiendum iam est ad theses. Consentit autem Menandrei senarii quartus cum tertio pede mirum quantum ea in re, quod thesis bisyllaba semper fere caesuram seu legitimam seu vicariam subsequitur, ut solutae thesis tertio pede integro nec inciso undecim, quarto duodecim exstent: in pede III.

1.	Ἀνατιθεμένη	1,2	ἀνδρειότατα		
2.	Δημιουργός	1,1	διακονικῶς		
3.	Ἱππόκομος	2,	τριπόδια		
4.	Κεκρύφαλος	3,1	παιδάριον;		
5.	Μέθη	1,3	προβάτιον		
6.	—	1,14	ἀπέθανεν		
7.	Ὀργή	4,2	λεπτότερον		
8.	Πλόκιον	1,11	ἑκκαιδεκατάλαντον		
9.	Ὑπολολιμαῖος	2,5	ἑκατὸν ἔτη		
10.	—	6,2	ταυτόματον		
11.	Fab. inc.	5,12	ἐπίθετα		

[1]) Christ Metrik § 382 pg. 327. [2]) v. iam supra spurium notavimus.

Quorum alterum, qui haud scio an editori recte se habere visum sit utpote nihil de prava compositione commemoranti, e duplici ratione et propter neglectam caesuram et molestiore hac solutione vitiosum diu quidem, sed frustra sanare temptavi; contra v. 8, cum in extensiore composito pronunciando post *καὶ* quodammodo aliquod temporis intervallum subaudiatur aeque iudicari potest vel debet ac si vera incisio facta esset. Dein quid statuendum de v. 9 sit, supra explanandi locus fuit. Qui remanent versus excepto primo ita profluunt omnes, ut alterum pedem vocabulum quadrisyllabum excipiat eiusdemque exitu ante semiseptenariam prior versus pars terminetur. in pede IV.

1. *Ἀδελφοί* 3,2 *ἔφεδρον*
2. *Δεισιδαίμων* 2,5 *μικρολόγος*
3. *Θεοφορουμένη* 2,12 *δέδιε*
4. *Ὀργή* 2,2 *δωδεκάποδος*
5. *Πλόκιον* 1,12 *φρύαγμα εἴ πως ἀνυπόστατον; μὰ . .* sed mendis quasi obrutum esse locum quis est quin videat?
6. *Ὑποβολιμαῖος* 3,7 *λέγομεν*
7. *Ψευδηρακλῆς* 1,2 *χοιρίδιον*
8. — 1,12 *ἀντιπαρατεταγμένη*
9. Fab. inc. 7,2 *γεγονότι*
10. *Ἡνίοχος* 1,5 *ζυγομάχει*
11. *Ὁμοπάτριοι* 2,1 *ἐφόδιον*
12. Fab. inc. 11,5 *ἀδύνατον*

Versus 1—9 ita sunt formati, ut semiquinaria praesente quartus pes vocabulo integro constituatur; ter tantum post caesuram mediam (10—12) haec thesis solvitur. Et quamquam numerus locorum sat parvus est et hac in sede rhythmi ictus cum verborum accentu saepius graviusque pugnat, quam in tertio pede, tamen ne quam viam in tragoediae auctoribus aestimandis suo iure critici ingressi sint nostro quoque aptam putemus, valde cavendum est.

Nam quod tragici, ne in vocabulis trisyllabis — et quod nihil attinet ad hanc *rem* bisyllabis — ictus numeri in aliam ac primam vocis syllabam caderet excepto primo pede enixe studuisse videntur[1]), ita ut loci regulam laedentes spurii atque coniectura temptandi existimarentur, ad hanc severam normam comicos dirigere quis est qui audeat? Supervacaneum igitur et inutile est, quomodo eiusmodi accentuum difficultates, quales in v. 1, 3, 6 inesse vides, remedio critico tolli possint, investigare. Exceptiones licentiasque non frequentes ac certis quibusdam finibus circumscriptas esse et exemplis et ratione indicasse pro re nostra sufficere rati, iam, quibus syllabis conformentur merae ac iustae thesis solutiones docebimus.

a.

Pes tertius post arsim exhibet:

1. *Ἀδελφοί* 9,2 | *καταφρονεῖν*
2. ib. 11,1 | *ἀνεβόα*
3. *Ἀγιεῖς* 5 | *διατροφὴν*
4. ib. 8,1 | *διὰ*
5. *Ἀνδρόγυνος* 4,2 | *παραμενεῖν*
6. ib. 6 | *φίλιον*
7. *Ἀσπίς* 3,2 *πρόφασιν* |
8. ib. 4,1 | *μόνον*
9. ib. 5,4 *τὰς* ⁞ *ἀκροπόλεις*
10. *Γεωργός* 4,2 | *ὅσα*
11. *Βοιωτία* 1,1 | *καταφρονεῖν*
12. ib. 3 | *ἐπικάλυμμ'*
13. *Δεισιδαίμων* 1,2 *τὸ φάρμακον* |
14. ib. 4,4 *σακίον* |
15. ib. 4,5 | *ἐπὶ*
16. *Ἐπαγγελλόμενος* 1,4 | *κατάγελως*
17. *Δύσκολος* 3,4 | *ἔλαβεν*
18. ib. 5,2 | *ἐπιμελείᾳ*
19. *Ἐμπιπραμένη* 1,2 *τέταρτος* |
20. *Ἐπίκληρος* 1,1 | *ἀργυπνία*
21. *Ἐπίκληρος* 4,2 | *πατέρα*
22. *Ἐπιτρέποντες* 1,2 | *ἐπικρατεῖν*
23. *Ἐπιτρέπ.* 3,1 *τὸ* ⁞ *καταγελᾶσθαι*
24. *Ἡνίοχος* 2,1 | *περιπατῶν*
25. *Ἡνίοχ.* 3,1 *ἔμαθον* |
26. *Ἥρως* 4 *γλυκύτατ'* |
27. *Θετταλή* 3,2 | *ἱερόσυλ'*
28. *Θεοφορουμένη* 2,9 | *ἐπιμελεστέραν*
29. ib. 2,10 | *ἀγαθός*
30. ib. 2,15 *ὄφελος* |

[1]) cf. Fix. ad Eurip. El. 13, ed. fab. Eurip. Paris 43. Enger in Mus. Rhen. XI pg. 444 sq.

31. ib. 3,2 | *περισοβεῖ*
33. *Θησεύς* 1,5 | *μερίδα*
35. *Καρίνη* 3 | *ἀλύσιον*
37. *Κεκρύφαλος* 1,2 | *ἀπογεγράφθαι*
39. ib. 4 | *ἀφανὲς*
41. *Κιθαρ.* 1,6 | *κατὰ*
43. *Κόλαξ* 2 | *κύπριον*
45. *Μέθη* 2,4 *τετραδι* |
47. *Μισούμενος* 1,1 *γέγονα* |
49. ib. 3,2 | *πολεμίων*
51. *Ξενόλογος* 1,4 | *ἀπεδίδου*
53. ib. 1,7 | *κατέδομαι*
55. *Παιδίον* 1,2 | *μεταδίδου*
57. *Περινθία* 3,2 | *σύνολον*
59. ib. 2,1 *Δάμιαν* |
61. ib. 9,1 | *ἀποδίωκε*
63. *Ῥαπιζομένη* 1,2 | *ἕνεκα*
65. ib. 5,1 | *πάνυ*
67. *Στρατιῶται* 1,2 | *ἀναλογισμῷ*
69. *Τροφώνιος* 1,9 *τοῖς* ⁞ *λοπαδίοις*
71. *Ὑποβολιμαῖος* 2,7 *ἕτεραδ'* |
73. ib. 2,18 | *ἐκοπίασεν*
75. ib. 6,2 | *ὑπολαβεῖν*
77. *Φιλάδελφοι* 1,1 | *διάλιθοι*
79. fab. inc. 5,2 | *ἕτερα*
81. ib. 8,2 | *ἀνυμέναιος*
83. — 9,9 | *ἐνὶ*
85. — 12,1 | *κατανοεῖν*

32. *Ἴμβριοι* 1,1 | *πάτερ*
34. ib. 1,2 | *ἀναβολὰς*
36. *Καρχηδόνιος* 1,2 *ἔλαβον.* |
38. ib. 1,2 | *κατα*
40. *κιθαριστής* | *στρεφομένους*
42. ib. 7 | *ἐπίπονον*
44. *κυβερνῆται* 1,2 *δυνατόν* |
46. *Μισογύνης* | *ἐθεράπευσεν*
48. ib. 3,1 | *καταδεδούλωκ'*
50. *Ναύκληρος* 2,6 *ἀγαθὸν* |
52. *Ὀργή* 1,1 | *ἐγενόμην*
54. ib. 2,4 *ἔτρεχε* |
56. *Παρακαταθήκη* 6 | *δεκατάλαντον*
58. *Πλόκιον* 1,12 | *ἀνυπόστατον*
60. ib. 8,2 | *παραπέφυκε*
62. *Πωλούμενοι* 2,1 *φρόνιμον*
64. ib. 3,2 | *ἐνίοτ'*
66. *Σικυώνιος* 4,2 *μαλακόν,* |
68. ib. 2,2 *μέγεθος* |
70. *Ὕμνις* 1,1 | *μακάριον*
72. ib. 2,11 | *καταλύσεις*
74. ib. 3,11 | *ὀνόμασεν*
76. ib. 8,1 | *κατὰ*
78. fab. inc. 2,1 | *Τρόφιμε*
80. — 7,2 | *ἐπιλάβοι*
82. — 8,2 | *ἐπίκαλεῖτ'*
84. — 11,4 | *τινὰ*
86. — 13,5 | *ὁπόταν*

87. *Δύσκολος* 3,2 | *ὁ λιβανωτός*
89. *Ἐπιτρέποντες* 3,2 | *τὸ δ' ὀδυνᾶσθ'*
91. *Ἥρως* 2,1 | *τὸ καλὸν*
93. *Καρίνη* 2,4 | *ἐφ' ὅσον*
95. *Μισογύνης* 1,4 | *τὰδ' ἀγαθ'*
97. fab. inc. 3,17 | *ὁ μετριώτατον*
99. — 4,18 | *ὁ δ' Ἀνάχασις*
101. — 8,2 | *τὸ γένος*

88. *Ἐπαγγελλόμενος* 1,2 | *φίλ' ἄνερ.*
90. *Ἡνίοχος* 3,2 | *τὸν ἄτοπον*
92. *Θεοφορουμένη* 2,17 | *ὁ κακοήθης*
94. *Μέθη* 1,11 *ὁδεός* |
96. *Πλόκιον* 1,1 | *ἄτ' ἐπίκληρος*
98. fab. inc. 4,2 *τὸγένος* |
100. — 7,2 | *τί ταχέως*

102. *Κνιδία* 1,2 | *ὁ δὲ πονηρὸς*

Quam in tertia thesi solvendi regulam a Philemone Diphiloque observatam vidimus, ut caesura semiquinaria adsit atque solutionis tempus expressum sit syllabis unius vocis sive haec ipsa bisyllaba est sive longior atque a duabus brevibus incipit, eandem etiam apud Menandrum valere et a primo exspectari potuit et exemplis laudatis probatur.

Quam exiguus est numerus locorum, ubi ante semiseptenariam solvitur, quam exiguus eorum, ubi prior solutionis syllaba vocula efficitur monosyllaba, altera in initium vocis cum illa arctissime cohaerentis cadit; unum denique exemplum exstat, quod solutionis tempora singulis vocabulis monosyllabis expleta praebeat (v. 102); sed cum haec quoque monosyllaba arctiore inter sese cohaereant nexu, nullo modo poetae ut comico opprobrio vertendum apparet. Quid, nonne in Aeschylo ipso tale invenitur, Pers. dico v. 805[1]) *πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι, κοὐδέπω κακῶν.* Ceterum vide, ne exempla inde a 87 usque ad 101 confundas atque

[1]) Aesch. trag. ed. A. Kirchhoff Berol. MDCCCLXXX.

promiscue coacerves; nam undecim (87, 89, 90, 91, 92, 94, 95, 97, 98, 99, 101) nihil omnino suspecti praebere facile concesseris, cum articuli vocula cum nomine suo in unam quasi vocem concrescat necesse sit; neque in tribus illis qui remanent (praeter 100) locis adeo dura licentia inesse mihi videtur, utpote quae si non omnis tollitur, at certe aliquantum imminuatur elisione adhibita, quo fit, ut pronunciandi pausa a solutionis legibus abhorrens infringatur ac debilitetur. Sane autem molestissimum est illud: *τί ταχέως*, quia inter *τί* interrogationis particulam et *ταχέως* longius spatium intercedere debeat, quam ut hae syllabae aptae videantur, quae unius longae locum obtineant.

b.

Ad quartam thesin pervenientes primum exempla solutionis ipsa congeramus.

I.

1. *Ἀδελφοὶ* 8,4 | *ἅμα*
2. ib. 11,3 | *φιροτιμούμενος*
3. *Ἁλιεῖς* 8,3 *ἐαίδω*
4. *Ἀνδρία* 9 *ἀπολοίμην*
5. *Ἀνέψιοι* 1,2 | *ἅμα*
6. ib. 4,4 | *ὅ,τι*
7. *Ἀρρηφόρος* 2,3 *ἄκρατον*
8. ib. 5.1 *ἔπιες*
9. *Ἀσπίς* 3,3 | *ὅλεθρον*
10. *Ἀφροδίσια* 2,3 | *ἀναθέσθαι*
11. *Γεωργός* 1,4 | *ἀβεβαίως*
12. ib. 1,5 | *μεταπίπτει*
13. *Δάκτυλος* 1,2 | *θυγατέρ'*
14. *Δεισιδαίμων* 1,6 | *ἀπὸ*
15. ib. 2,1 | *πολύτιμοι*
16. *Δὶς Ἐξαπατ.* 4 | *ἀποθνήσκει*
17. *Δύσκολος* 2,2 | *παραμενοῦντα*
18. ib. 2,16 *κατορύξας*
19. ib. 3,7 | *καταπίνουσ'*
20. ib. 9 *λοπάδ'*
21. *Ἐμπιπραμ* 2,3 *τρίτον*
22. ib. 3,1 | *ἀπολεῖ*
23. *Ἐπίκληρος* 3,3 | *ἔχομεν*
24. *Ἥρως* 4 | *ἀναλυθείς*
25. *Θεοφορουμ.* 2,5 | *ὅ, τι*
26. ib. 2,7 | *ἀδίκως*
27. ib. 2,19 | *ἐπιφανέστερον*
28. *Θησαυρ.* 3,1 *ἀφέλῃς*
29. ib. 4 | *ὕδατος*
30. *Ἱέρεια* 2,3 | *νενομισ'*
31. *Κιθαριστ.* 3,1 | *πάτερ,*
32. *Κωνειαζ.* 1,3 | *πρόφασις*
33. *Κυβέρν* 1,7 | *καταλείψεις*
34. *Μέθη* | *ἀγαπητὸν*
35. *Μέθη* 1,12 | *ἐπιθεῖναι*
36. ib. 1,18 | *ἅμα*
37. *Μηναγυρτ* 1,3 | *ἐνίοις*
38. *Μισογυν.* 1,11 | *ἀποθανόντα*
39. ib. 5,2 | *θεράπαιναι*
40. *Ὀργὴ* 4,3 | *ἀποδείξει*
41. *Παιδίον* 3,1 *λιθοκόλλητον*
42. *Περινθ.* 1,3 | *διαπεπραγμένος*
43. ib. 2,1 | *πολυτελῆ*
44. *Περικειρομ.* 1,1 | *ὁπότροπος*
45. *Πλόκιον* 4,7 *ἀνιαρῶν*
46. ib. 5,2 | *ἐπιθυμεῖ*
47. ib. 8,1 | *ἀγαθὸν*
48. ib. 8,4 | *ἀγαθὸν*
49. *Ῥαπιζομ.* 2,1 | *διαφορὰν*
50. ib. 6 | *ἀπυφορὰν*
51. *Τιτθή* 2,4 | *ἐπὶ*
52. *Τροφων.* 1,1 *ὑποδοχῆς*
53. ib. 1,7 *κεκαρυκευμένα*
54. *Ὕδρια* 3,1 *ἀνορωρυγμένον*
55. *Ὑμνις* 1,3 | *ἐφόδιον*
56. ib. 5 vide *Δυσκ.* frg. 9.
57. *Ὑποβολ.* 2,3 | *ὅθεν*
58. ib. 3,3 | *ἐπιγεγραμμένοι*
59. ib. 6,3 | *ἔνια*
60. *Ψευδηραχ.* 1,5 | *παράθες*
61. ib. 2,3 *Λία*
62. fab. inc. 2,17 | *Τρόφιμ.'*
63. fab. inc. 2,18 | *μέτρια*
64. ib. 3,3 | *δοκιμαστὴς*
65. ib. 4,7 | *ἐγένοντ'*
66. ib. 5,1 | *μακαριωτέρα*
67. ib. 5,4 | *ὁμολογουμένως*
68. ib. 5,10 | *ἐνύπνιον*
69. ib. 7,6 | *ἀναπνοὴν*
70. ib. 8,7 | *γεγαμηκὼς*
71. ib. 12,3 | *κακίας*

II.

72. Ἀρρηφ. 6,2 | ὁ λαλήσων. | 73. Βοιωτ. 4 | μὰ τὸν | 74. Γεωργός 2,4 | ὁ τὸ | 75. Δυσκ. 3,4 ὁ θεὸς | 76. Ἐμπιπρ. 4 | τὸ γενέσθαι | 77. Ἐπικληρ. 1,3 τὸν ἐμαυτοῦ | 78. Θεοφορουμ. 2,12 | ἐν ἑτέρᾳ | 79. Καρχηδ. 4 | ἀπ' ἀρίστου | 80. Κυβερν. 2,2 | ἐφ' ἑαυτοῖς | 81. Ὀργή 1,6 | ἐν ὀλίγῳ 82. fab. inc. 12,5 ὁ δὲ

Haud infrequentes sunt huius quoque thesis solutiones, sed maximam partem e lege syllabae, quibus efficiuntur, in unius vocis initium cadunt; raro vel articuli vel praepositionum particulae cum prima quaque nominum suorum syllaba hoc munere funguntur, ter tantum binae voculae quarti pedis finem usurpant ac sibi vindicant, quam duritiem sive neglegentiae auctoris sive librorum depravationi imputas rariorem esse concesseris, quam ut poetae in hoc pede pangendo artem in dubium vocare possit. Adde quod omnibus fere his solutionibus (praeter 14, cf. 3, 7, 21, 4, 8, 18, 20, 28, 41, 45, 52, 53, 54, 61) semiseptenaria principalis caesura praemittitur.

His disputatis, quia arses et theses seorsum spectantes non nisi passim, quid intercedat inter dactylos, tribrachos, anapaestos atque quomodo singuli, atque imprimis, tribrachi, formati sint, antea animadvertere potuimus, nunc nostrum est has res paucis quidem, sed ratione et via absolvere. Atque quantopere, ne pes tertius cum quarto confundatur, cavendum sit nulla re melius illustratur; nam dactyli formam cum in pede III. et Philemo Diphilusque et Menander sat frequenter admiserint, quarto tragicis prope severius denegant. Quod quamvis magni sit ad artem criticam exercendam momenti, tamen non tam consilio ac studio poetarum quam in linguae graecae natura positum esse arbitror. Non minus perspicua et digna, quae commemoretur, est differentia horum pedum, cum anapaestum et tribrachyn respicis; sed, quid verbis opus est, numeri ipsi loquantur.

Inveniunter enim

		tertii		quarti
pedes dactylici apud	Phil. et Diph.	83		0
	Menand.	70		4
„ anapaesti „	Ph.-D.	15		32
	M.	17		67
„ tribrachi „	Ph.-D.	38		85
	M.	44		90

Unde praeter ea quae de dactylo — cuius quattuor illa exempla Menandrea legimus in *Θησαυροῦ* frg. 3,1 *τόλμαν ἀφελής, Καρχηδονίου* frg. 4: *λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου*

Πλοκίου frg. 1,13 *ἀνυπόστατον*
Κιθαριστοῦ frg. 3,1 *ἀδικηθέντας, πάτερ* } positione —

monuimus, sequitur, ut

1. tribrachi praecipua sedes in pede quarto sit,
2. anapaestum Philemo et Diphilus in utroque pede parce admiserint, Menander quarto paene obtruserit.

Nunc, quales hi poetae pepigerint tribrachos, quaeritur. Hanc quoque rem et brevissime et maxime perspicue per indicem exponemus. Conformantur tribrachi

		in pede tertio		in pede quarto	
		Ph.-D.	M.	Ph.-D.	M.
1. longioris vocabuli					
a) seu exitu	⏑⏑–	—	—	2	2
b) seu initio	–⏑⏑	5	5	6	3
c) seu media parte	⏑–⏑	—	—	—	2
2. voce tribrevi	⏑⏑	—	—	2	4
3. monosyllabo fine vocis et bisyllabo initio sequentis	–⏑⏑	13	20	34	48
4. fine vocabuli et voce duarum brevium syllabarum	⏑⏑⏑	5	3	16	7

	in pede tertio Ph.-D.	M.	quarto Ph.-D.	M.
5. exitu vocis et monosyllabo et prima syllaba sequentis vocis ⏑⏑ ⏑⏑	10	4	9	7
6. extrema vocis syllabo et duabus voculis . . . . . ⏑⏑ ⏑⏑	—	1	1	2
7. monosyllabo et bisyllabo vocabulo . . . . . ⏑ ⏑⏑	2	—	2	4
8. monosyllabo et initio vocis ultra pedem productae . . . ⏑ ⏑⏑	3	11	12	11
9. duobus monosyllabis et prima syllaba vocabuli subsequentis ⏑ ⏑⏑	—	—	—	—
10. tribus monosyllabis . . ⏑⏑⏑	—	—	1	—
	38	44	85	90

Hinc vero discimus

1. ut tragicos,[29] ita nostros omnes id egisse, ne arsis tribrachi exprimeretur voce monosyllaba, etenim non frequentes esse locos sub 7, 8, 9, 10 numeris indicatos concesseris. Et exempla ipsa percensentibus etiam alteram in hoc pede exstruendo regulam a tragicis observatam[30], ut si primum solutionis tempus per exceptionem expressum sit voce monosyllaba, arctissime ea cohaereat cum vocabulo, quod antecedit, severe a comicis servari elucet: nam voculae, quae huic rei inserviunt, hae sunt: *γάρ, μὲ, ποτ', τὶ, σὺ, τὶς, δὲ, μὲν*; rarissime sibi indulgent hoc loco articuli aliquam formam, ut quodammodo illa tribrachi species evadat, quam sub 1 b huius tabulae descripsimus, quippe cum articulus cum voce quae sequitur sit coniungendus.
2. Maxime usitatam ideoque legitimam formam habendam esse, quam sub 3 — et 5, ex causa notissima, — posuimus;
3. ne comicos quidem ad eam licentiam progressos esse, ut formis durissimis quas sub 6 et imprimis 9 et 10 notavimus, delectarentur; immo anxia quadam cura eiusmodi tribrachos evitatos esse numeri ipsi docent, ut, praesertim cum plures apud Menandrum quam apud Philemonem et Diphilum nobis occurrant, minime dubitem, quin pauca illa exempla falsario tribuendi sint, quod quo iure facere posse mihi videor, supra [31] indicavi;
4. idem de locis Menandreis iudicandum esse, qui tribrachum voce trisyllaba conformatum exhibent, quorum uni (*Ὑποβολιμαῖος* 2,5) iam aliis de causis subveniendum esse (et fortasse subvenimus) demonstratum est.

Disputatione de comicis graecis ad umbilicum iam perducta paucis verbis ea, quae inde enucleata sunt, repetere liceat.

I. a. caesurae quibus singuli versus incidi possunt, tres exstant, quarum semiquinaria et semiseptenaria principalem obtinent locum ita, ut tertia post tertium pedem absolutum si non spreta, attamen non cum favore quaesita videatur.

b. Ubicunque haec caesura media admitittur, pedem tertium mere iambium esse poetae voluerunt.

II. Secundum pedem primum, qui quovis solutionum genere, ut ita dicam, scatet, tertius quartusque caesura cooperante saepissime solvuntur atque

1. arsis tertii pedis etsi raro solvi potest, cum toto pede et sequenti syllaba una voce (seu duabus pronunciatione confluentibus) expletis semiseptenaria versus caeditur;

29 C. Fr. Müller de pedibus solutis pg. 17.
30 ib. p. 28.
31 Vide A, 1.

arsis quarti pedis soluta nihil vitiosi praebet, ubicunque versu legitime semiquinaria inciso thesin tertiam totamque sedem quartam una vox amplectitur aut ubi caesura media praesente quartus pes quasi primae sedis instar habet.

2. thesis tertia ex duabus brevibus conficitur syllabis atque legitime constat post caesuram principalem, cuius ubi deest vice nonnunquam altera illa (semiseptenaria) fungi sufficit. Neque enim iuste quidem, at non sine aliqua licentiae defensione soluta sparsim tertia thesis exstat in pede integro, si longius aliquod verbum medio in versu positum semiseptenariam post se habet; thesis quarta fit ex lege bisyllaba post eandem semiseptenariam. Rarissime contra praeceptum haec quoque thesis dissolvitur in pede caesura destituto, quod cum poetae sibi indulserunt, quartus pes aut solus aut una cum thesi tertia compositus est una voce neque semiquinaria deest.
3. Omnes legitime solutae et arses et theses partibus eiusdem vocis conficiuntur. Denique accurata ac singulari quaestione, quot qualesque pedes metrici (anapaestus, dactylus, tribachys) adhibiti sint, aliis legibus tertium, aliis quartum obnoxium esse patet.

B.
De senario Terentiano
I.
de caesuris.

Ac primum quidem caesurarum Terentianarum numerum rationemque pensantibus haec nobis sunt enucleata: Inciduntur ex senariis

		semiquin.	semisept.	med.	nulla	legitima
And.	496 :	265	207	17		7
Hec.	391 :	229	153	6		1
Adel.	536 :	287	229	5		12
Eun.	590 :	324	250	9		6
Ht.	523 :	313	216	10		13
Phor.	619 :	333	262	14		10

Graeca igitur exempla ita Terentium imitatum esse discimus his numeris, ut duae illae principales caesurae, semiquinariam dico et semiseptenariam, omnes fere versus sibi vindicent, ex ipsis autem semiquinaria superior discedat. Maximam vero partem locorum ita compactam esse, ut caesura non fiat nisi ultima vocis longioris syllaba vel toto monosyllabo verbo, quae extra caesurae locum procedunt, elisione praecisis atque in scandendo versu suppressis, hanc rem ut notissimam nec semel tractatam[35] fusius illustrare meum non esse mihi videor.

Caesurae deinde mediae, quae vocatur, usus cum Graecis comparatus minus frequens esse videatur, quam ut haec incisio apud Terentium non dico inter primarias sed ne vicarias quidem haberi possit. Nam exhibent

Comici graeci inter 1780 senarios 95 caes. med.
Terentius „ 3305 „ 65 „

incisos. Neque tamen qui solis numeris fretus nisusque talia iudicat, improvidi iudicis nomine indignum duxeris, quoniam haec paucitas inde originem duxit, unde illarum multitudo ortu est vel, ut clarius rem definiam, non poetae voluntati ac studio, sed naturae ac rationi utriusque linguae imputari debet. Omnes enim loci, quorum incisio media elisione obtegitur ut And. I. 1. 1 ad semiseptenariam sunt referendi, cui rei imbecillitas quaedam ac volubilitas ultimarum vocum syllabarum mirum quantum favet. Praetermissis igitur omnibus eiusmodi versibus haec restant apud Terentium exempla.

1. And. Prol. v. 8: Nunc, quam rem vitio dent, | quaeso animum attendite.
2. „ v. 44. Quasi ex probratiost | immemori benefici.
3. „ v. 45 Quin tu uno verbo dic, | quid est quod me velis.
4. „ 64 Eorum obsequi studiis | adversus nemini.,

35 cf. Christ Metrik p. 336. Conradt, Dziatzko, Spengel.

5. And. 136 Reiecit se in eum flens | quam familiariter, nam verba „quam familiariter“ interiectionis vim habent atque graviore interpunctione a ceteris enunciati partibus sunt dirimenda. [36]
6. ib. 154 Qui igitur relictus est | obiurgandi locus?
7. „ 160 Habet, ut consumat nunc, | cum nihil obsint doli.
8. „ 167 Qui mihi exorandus est, | et spero confore.
9. „ 425 Eo. Nullane in ré | esse cuiquam homini fidem! ita enim cum Umpfenbachio scandendum censeo, aliter scandit Spengel[37] idque ad hiatum evitandum.
10. ib. 480 Nunc huius periclo fit, | ego in portu navigo.
11. „ 661 Instare, ut dicerem | me ducturum patri. Facio igitur cum Umpfenbachio, qui „esse“ plurimorum librorum eiicit; — alii omittunt „me“ subiectum, quod poeta nonnunquam fecisse videtur.[38]
12. And. 718 Amicum, amatorem, | virum in quovis loco — Paratum. Sic me iudice recte interpungit Umpfenbach, ut totum illud „virum in quovis loco paratum“ inter se cohaereat atque appositionis vim obtineat; Spengel verba „amicum, amatorem, virum“ coniungit, quibus „in quovis loco paratum“ quasi concludendi causa submittitur.
13. ib. 745 Quid turbaest apud forum? | quid illi hominum litigant?
14. „ 775 Suam gnatam non dabit: | tanto hercle magis dabit. [39]
15. „ 783 Quis hic loquitur? O Chreme, | per tempus advenis.
16. „ 801 Quem video? estne hic Crito, | sobrinus Chrysidis?
17. „ 873 Rem potius ipsam dic, | ac mitte male loqui.
18. Eun. pr. 18. Quae proferentur post, | si perget laedere.
19. „ 107 Samia mihi mater fuit: | ea habitat Rhodi.
20. „ 127 Cognovi. tute scis, | postila quam intumum
21. „ 150 id amabo adiuta me, | quo id fiat facilius
22. „ 160 Nisi si illum plus amas | (quam me) et istam nunc times, ex quo versu, ut levior incedat, verba „quam me“ ut additamentum removere non dubito.
23. „ 447 Quando illud, quod tu das, | exspectat atque amat
24. „ 516 Mecum, mihi sese dare, | sermonem quaerere
25. „ 901 Non faciam, Pythias. | Non credo, Chaerea.
26. „ 998 Nisi quia necessus fuit | hoc facere, id gaudeo
27. „ Ht. Tim. prol. v. 8: Et quia graeca sit, | ni partem maximam
28. v. 109 Nulla adeo ex re istuc fit, | nisi ex nimio otio
29. „ 275 Ubi ventum ad aedis est, | Dromo pultat fores
30. „ 279 Quo studio vitam suam | te absente exegerit
31. „ 479 Prius prodituram te | tuam vitam et prius (Pecuniam omnem), ceterum hic versus male hac caesura dissecatur in partes tres: et „prius prodituram te“ et „tuam vitam“ denique „et prius“, praeterea „te“ sine ulla causa fortiter accuitur sede sua: priori malo subveniri velim hoc verborum ordine: Prius vitam prodituram | te tuam et prius
32. v. 507 Hic mihi nunc quanto plus | sapit quam egomet mihi?
33. „ 511 Ne nosmet inter nos | congruere sentiant, „met“ ex coniectura Harii probabili
34. „ 805 Nulla est tam facilis res, | quin difficilis siet.
35. „ 809 Miser aliquo extrudar hinc, | ne accedam Bacchidem. Fortasse etiam. 848. Quaeso quid tu hominis es? | Quid? Jamne oblitus es?
36. „ Phorm. prol. 35 Amicus summus meus | et popularis Geta.

---

36 cf. Spengel: Die Komoedien des Terenz I Bd. Andria annotatio ad 136.
37 ib. pg. 74.
38 ib. ad v.[2] 14.
39 O Brugmann iamb. sen. p. 18 accentu „dabit“ in pede III. offensus legi vult; dabit, | ut — ⏑⏑ hunc pedem conficiat, sed vide infra.

37. Phorm. v. 74 Memini relinqui me | deo irato meo.
38. „ „ 101 Commorat omnes nos | ibi continuo Antipho.
39. „ 134 Illa quidem nostra erit. | Jocularem audaciam
40. „ 171 Ex qua re minus rei foret | aut famae temperans
41. „ 279 An quisquam iudex est, | qui possit noscere
42. „ 289 Jam dudum te omnes nos | accusare audio.
43. „ 314 Ut ne imparatus sim, | si veniat Phormio
44. „ 403 At tu qui sapiens es | magistratus adi.
45. „ 410 Dotis dare, abduc hanc, | minas quinque accipe.
46. „ 420 Donec perfecero hoc. | Ineptis. Sine modo.
47. „ 623 Erus liberalis est | et fugitans litium
48. „ 672 Geta, occidisti me | tuis fallaciis
49. „ 690 Quid minus utibile fuit | quam hoc ulcus tangere
50. Hec. prol. 6. Et is qui scripsit hanc | ob eam rem noluit
51. „ pr. II 44 Sinite impetrare me, | qui in tutellam meam
52. „ v. 76 Senex si quaeret me, | modo isse dicito
53. „ „ 128 Ibi demum ita aegre tulit, | ut ipsam Bacchidem,
54. „ „ 141 Credo ita videri tibi: | nam nemo ad te venit.
55. „ „ 664 Vosmet videte iam | Laches et tu Pamphile
56. Adel. pr. 8. In Graeca adulescens est, | qui lenoni eripit
57. ib. v. 403 Metui ne haereret hic. | Atque iratum admodum
58. „ v. 470 Persuasit nox, amor, | vinum, adulescentia
59. „ v. 787 Parata a nobis sunt, | ita ut dixi, Sóstrata.
60. „ v. 841 Cum primo luci ibo hinc. | De nocte censeo.

Hanc caesuram igitur Terentio affectatam atque dedita opera expetitam esse, quis est qui audeat contendere? Adde quod longe plurimi versuum illorum structura sua speciem quandam legitime incisorum prae se ferunt eo quod voces monosyllabae — sive ipsae sive synicesi aut elisione correptae — sedem caesurae mediae aut anteeunt aut subsequuntur aut utrimque circumdant. Quae res quantum in diligenti Graecorum imitatione contineatur, porro illud argumento est, quod hac caesura praesente metrica pedis tertii structura cum Graecorum usu congruit, ut infra demonstrabitur.

De versibus incertae caesurae.

Expositis caesurarum a Terentio secundum Graecorum praecepta exemplaque adhibitarum et numeris et finibus, nunc per singulas deinceps fabulas eos persequemur versus, qui nulla ex illis caesuris disponuntur. Atque primum quidem percensebuntur ii senarii Terentiani, quorum structura ad novas constituendas leges viri d. quidam sunt impulsi.

I. Legimus[40]: »Minus frequens neque tamen nimis rarus est usus tertiae, qua caesura fit ante ultimum creticum versus simul post alteram thesim (syllabam, quae ictum fert) incisi«. Exempla afferuntur:

1. And. v. 60 (ed. Umpf.)
Gaudebam. Non | iniuria: nam id | arbitror. Ex quo versu quam vana ac temerarie prolata sit haec sententia primo obtutu cognoscitur. Nam neque incisio quae adest post »non«, neque quae ultimum creticum a reliquis versus partibus seiungere videtur, minime digna est nomine caesurae, quam quidem nos intellegimus;[41] immo verborum sensus aut post »gaudebam« aut post »iniuria« caesuram admitteret vel desideraret, quarum neutra inter vere rhythmicas numerari potest, unde sequitur, ut hic senarius aut omnino caesura legitima careat aut corruptus sit, quod nobis videtur, quamquam non certa emendandi via se offert. Fortasse legendum est: Gaudebam. Non iniuria: id enim ego arbitror

40 C. Conradt in diss. sua p. 6.
41 cf. pg. 4 huius opusculi.

2. ib. 120 Adeo modesto, | adeo venusto, ut | nihil supra, ubi post »ut« caesuram statuere verborum connexus vetat. Qui non temere ac furiose difficultates quaeret, versum semiquinariae illa specie (elisione orta) affectum ut sescentos incedere fatebitur. Idem spectat ad.
3. ib. 129. Ea primum ab illo | animadvertenda in ⁀ | iuriast.
4. — 737 Ego quid agas, nihil, | intellego: sed | si quid est. Eandem versum disponendi rationem adesse apparet atque in v. 60, siquidem ratio tali formae metricae subest nec potius depravatio.
5. — 801 Quem video? Estne hic | Crito, sobrinus | Chrysidis? hunc senarium nos (16) caesura media incisis haud scio an iure adscripsimus.
6. Eun. 190
   In hoc biduum, | Thais, vale! Mi | Phaedria! Caesura ante ultimum creticum non fit nisi per vim. Atque qui verba tradita mutare veretur, in caesura media acquiescere debet; nostro autem iudicio corruptelae sedem significat accentus »Thaís vale«. Propono: In hoc biduum, mi Thais, | valĕ. Mi . . .
7. ib. 436. Immo auge magis | suspicionem. | Cur? Rogas?
8. — 832 Scelesta, ovem | lupo commisti. | Dispudet. Incisio post »ovem« facta nullius momenti est.
9. — 929 Sine sumptu et sine | dispendio: tum hoc | alterum. Ad hunc quoque versum quadrant, quae de And. v. 60 dispositione monuimus.
10. Ht. 61 Nam pro deum atque | hominum fidem, quid | vis tibi? Inter voces quid et vis sensus pausa non est, sedante »quid« pariter atque in versibus sub 1, 2, 4, 6, 9, laudatis enunciati continuitas intermittitur.
11. ib. 64 Meliorem neque | preti maioris | nemo habet.
12. — 444 Commetare ad | mulierculam, quae | paululo. cf. And. 60.
13. — 752 Etsi scio, hosce | aliquod dies non | sentiet. Voces »non sentiet« arctius cohaerent quam ut illa incisio caesurae vim ac naturam habeat; si versus integer traditus est, post »hosce« semiquinariae forma vicaria statuenda est.
14. ib. 776 Nam prorsum nihil | intellego. Vah, | tardus es.
15. Phor. 87. Nos otiosi | operam dabamus | Phaedriae. Ante »Phaedriae« caesura versum caedere non opus est, cum prior incisio pro genuina semiquinariae forma nihil suspecti habeat.
16. — 454 Quod homines, tot | sententiae: suos | cuique mos. cf. And. 60.
17. — 457 Ego amplius | deliberandum | censeo
18. Hec. 176 Quid adhuc habent | infirmitatis | nuptiae? Verum accentus »adhuc habent« vitiosi sunt, ut collocatione mutata vitium emendare non dubitem:
    Quid adhuc infirmitatis | habĕnt [hae] nuptiae? »hae« voce post habent errore omissa verborum ordo perturbatus esse videtur, ceterum haud scio an obscura vocis »infirmitatis« notio signum sit, ubi vitium lateat.

Fere omnia igitur haec exempla nihil prorsus valent ad ea quae sibi proposuit v. d. confirmanda utpote quibus aut in utraque sede aut in una alterave incisio desit, cui tanta inhaereat vis, ut caesurae locum obtinere possit. Sed, quia ipse locos deprehendi multo illis magis aptos ad hanc sententiam tutandam, iam, ne levius rem atque cum contemptione quadam tractasse videar, diligenter pervestigemus fabulas, num quid certi argumenti inveniatur. Atque vereor, ne abundantia opprimar, nam permulta nobis occurrunt exempla ita conficta, ut ante ultimum creticum gravi interpunctione senarii defluxus interrumpatur, quorum IV genera discerni possunt:

a. Cum incisione ante ultimum creticum admissa et pedis et verbi finis post primam dispodiam coniunctus est, huc praeter eos quos Conradt male attulit, quadrant: And. 88.
   1. Amabant. »eho, | quid Pamphilus?« quid»?| symbolam sed v. infra.
   2. Ht. 804. Ipse adeo adest: | abi, effer argentum. | Effero.

3. Phor. 423 Praeterierat | iam ad ducendum aetas. | Omnia haec
4. Eun. 401 Quod in te est. Habes. | Rex te ergo in oculis. | Scilicet.
5. Phor. 987 Quantum valet. | Nausistrata, inquam. | Non taces.?
6. Ad. 754 Non te haec pudent? | Jam vero omitte, | Demea.

b. Incisionem ante creticum exhibent versus simul post alteram arsim incisi: ⏑ — —| . . .

1. And. 103 Quid obstat, | cur non verae fiant? | Audies.
2. — 742 Puer herclest. | mulier, tu adposisti hunc? | Ubi illic est?
3. — 788 Me miseram: | nihil pol falsi dixi, | mi senex.
4. — 791 Eho inepta, | nescis quid sit actum? | Qui sciam?
5. — 814 Grandicula | iam profectast illinc. | clamitent
6. — 868 Et illi patrem. | Ah ne saevi tanto opere. | O Chremes.
7. — 882 Me miserum! | Hem, modone id demum sensti, | Pamphile?
8. — 892 Adducti, | qui illam hinc civem dicant: | viceris.
9. Eun. 69 Restinguet, | et te ultro accusabit, | et dabis
10. — 87 Quid hic stabas, | cur non recta intro ibas? | Ceterum
11. — 101 Hoc primum, | potin est hic tacere? Egone? | Optume.
12. — 185 Non fiet: | hoc modo sine te exorem. | Scilicet.
13. — 189 Tu, Parmeno, | huc fac illi adducantur. | Maxume.
14. — 426 Lepus tute es: | pulpamentum quaeris? | hahahae.
15. — 432 Risu omnes, | qui aderant, emoriri: | denique
16. — 452 Ridiculum: non enim cogitaras: | ceterum
17. — 672 Quid narras? | paulum si cessassem, | Pythias
18. — 679 Non vidit? | An tu hunc credidisti esse, | obsecro,
19. — 850 Adeamus. | bone vir Dore, salve: | dic mihi
20. — 884 Non ausim. | Nihil tibi quicquam credo. | Desinas.
21. — 904 Tu istic mane, | ut Chremem intro ducas, | Pythias.
22. — 983 Eunuchum, | quem dono huic daret. Cui? | Thaidi.

Sed quid omnes versus adscribam? Similes sunt.

Phorm. 99. 130. 133. 141. 299. 396. 400. 429. 900.	22
963. 965. 994. = ...	12
Heaut. 309. 353. 519. 523. 935 = . . .	5
Adel. 80. 87. 93. 373. 389. 426. 428. 452. 463	
480. 720. 729. 768. 956 = ...	14
Hec. 433. 510. 511 = ...	3
	56

c. Illius cretici diremptio invenitur longe plurime in versibus sine dubio semiquinaria aut semiseptenaria aut media incisis. Quorum copia tanta est, ut numeris significare liceat; huc referendi sunt

And. v. 28[2] 32[2] (42) 40[1] 51[1] 56[1] 140[1] 145[1] 147[1] 150[1] 165[1] 285[2] 386[1] 409[1] 415[2] 416[2] 459[1] 466[1] 469[1] 473[1] 553 (qui locus etiam ad b referri potest) 725[1] 741[1] 763[1] 800[2] 804[2] 818[2] 889[1]

Eun. 70[1] 76[1] 88[1] 110[2] 148[2] 152[1] 155[1] 168[1] 170[2] 178[1] 179[1] 181[2] 186[1] 425[1] 431[1] 435[1] 438[1] 444[1] 500[1] 635[1] 678[1] 681[1] 687[1] 700[1] 826[1] 829[1] 842[1] 845[1] 848[1] 854[1] 857[1] 861[2] 864[1] 871[1] 880[1] 887[2] 893[1] 894[1] 901[2] 904[1] 905[2] 914[1] 989[2] 993[1] 994[2]

Phor. Prol. 11[1] v. 69[1] 112[1] 135[1] 136[1] 147[2] 150[1] 216[1] 222[1] 265[1] 269[1] 355[1] 377[1] 382[1] 420[3] 422[2] 424[1] 435[1] 448[1] 456[1] 461[1] 568[3] 607[1] 610[2] 612[2] 616[1] 671[1] 692[1] 696[2] 893[1] 895[1] 901[2] 906 (896)[1] 907[1] (897) 922[1] 926[1] 941[1] 944[1] 947[1] 952[1] 980[1] 990[1] 995[1] 1004[1]

42. Numeri 1, 2, 3 superscripti sunt ad significandas caesuras primarias (1 semiquinariam, 2 semiseptenariam, 3 mediam), quibuscum incisio ante creticum coniungitur.

Heaut. Prol. 33[1] v, 89[2] 105[1] 270[1] 273[1] 279[1] 295[2] 309[2] 311[2] 360[1] 433[1] 440[2] 454[1] 473[2] 514[1] 537[1] 538[1] 763[2] 766[1] 778[3] 780[1] 856[1] 865[1] 932[1] 934[1] 938[1].
Hec. 66[1] 103[2] 131[1] 174[1] 427[1] 440[1] 504[2] 510[2] 638[1] 708[1].
Adel. 40[2] 102[2] 115[1] 117[1] 120[1] 124[2] 240[1] 242[2] 246[2] 251[2] 380[1] 392[1] 398[1] 402[1] 414[1] 416[2] 422[2] 430[1] 440[1] 450[1] 456[1] 479[2] 499[1] 674[1] 677[2] 726[1] 736[1] 753[2] 770[1] 780[1] 786[2] 787[2] 790[1] 791[1] 798[2] 806[1] 818[1] 821[1] 836[1] 916[2] 924[1].

d. Denique etiam illos liceat integros adponere versus, qui ita dispositi sunt, ut nisi spurii sunt cretica haec caesura sola poetae suffecisse videatur.

1. And. 138 Nec satis ad obiurgandum causae. diceret.
2. Ht. Prol. 17 Multas contaminasse Graecas, dum facit.
3. — v, 74 Si sumas in illis exercendis, plus agas.
4. — 83 Quaeso, quid te tantum meruisti? Ei mihi
5. — 545 Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? Stolidus est.
6. — 547 Causa. Facile equidem facere possum, si iubes.
7. — 548 Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.
8. Phorm. 52 At ego obviam conabar tibi, Dave. Accipe, em.
9. — 140 Laudo. Ad precatorem adeam credo, qui mihi
10. — 384 Eho tu, sobrinum tuom non noras? Enicas
11. — 453 Ego sedulo dixisse hunc credo: verum itast.
12. — 663 Aediculae item sunt ob decem alias. Oieï.
13. — 915 Satis superbe inluditis me. Qui? Rogas?
14. — 991 Mi vir? Ehem, quid nunc obstipuisti? Quis hic homost.
15. Hec. 646 Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
16. Ad. 61 Cur perdis adulescentem nobis? cur amat?
17. — 252 Faciam, sed Ctesiphonem video: laetus est.
18. — 360 Aliquo: persuasit ille impurus, sat scio
19. — 751 Cur non? Et nova nupta eadem haec discet. Scilicet.
20. — 57 Pudore et liberalitate liberos[48]

Quidnam igitur nos effecimus tota hac operosa collectione et comparatione? Haec sunt:

1. Innumerabiles fere exsistunt senarii, quorum ultimus creticus interpunctione plus minusve gravi abscissus quodammodo per se incedit.
2. Saepissime id atque sine ulla offensione factum est, cum una ex tribus illis usitatis caesuris versus caeditur.
3. Haud rarus est numerus versuum ita compositorum, ut ternae syllabae utrimque (et a fronte et a tergo) sensus pausa resecentur: ⏑ — ⏑ | . . . . . | — ⏑ —.
4. Raro incisio ante ultimum creticum fit in senariis post primam dipodiam et (cf. d 4, 6, 9, 10, 14, 17, 18, 19) post primum pedem incisis.

Sed priusquam, utrum haec ut ita dicam cretica incisio poetae vere metrica caesura visa sit necne diiudicamus, reliquos senarios colligere oportet, qui quantum ad caesuram pertinet aliqua laborant difficultate.

1. And. 166 In Pamphilo | ut nihil sit morae: | restat Chremes.
2. — 437 Potin es mihi verum dicere? | Nihil facilius.
3. — 678 Tuomst, siquid praeter spem evenit, | mihi ignoscere.
4. — 767 O facinus animadvertendum. | Quid clamitas
5. — 778 Tu pol homo non es sobrius. | Fallacia
6. Eun. 86 Quis hic loquitur? | ehem. tun hic eras, | mi Phaedria?
7. — 159 Ego excludor, | ille recipitur. | qua gratia?
8. — 836 Viden? Video. | Comprendi iube, | quantum potest.
9. — 919 Video. | vide ut otiosus it, | si dis placet.
10. Ht. 277 Continuo hic se coniecit intro, | ego consequor.

48 cf. Conradt l. l. p. 7.

11. Ht. 407 Salvom venisse gaudeo. | Teneone te.
12. — 426 Sed ipsum foras egressum video. | ibo, adloquar.
13. — 444 Commetare ad mulierculam, | quae paululo.
14. Pho. 91 Interea dum sedemus illi, | intervenit.
15. — 145 Quid rei gerit. | Sic, tenuiter. | Non multum habet.
16. — 609 Adibo hosce: O noster Chremes: | Salve Geta.
17. Hec. 115 Amabat, | ut cum maxime, | tum Pamphilus.
18. Ad. 107 Faceremus | et tu illum tuom, | si esses homo.
19. — 143 Me aegre pati illi nolui: | nam itast homo.
20. — 413 Domi habuit, | unde disceret. | Fit sedulo.
21. — 438 Sed quis illic est, | quem video procul? | estne Hegio.

---

22. And. 806 Quid Glycerium? | iam hic suos parentes repperit?
23. — 876 Ita praedicant? | O ingentem confidentiam.
24. Eun. 415 Eone es ferox, | quia habes imperium in beluas?
25. — 531 Ego sum Chremes. | O capitulum lepidissimum
26. — 538 Abi, Dorias, | cito hunc deduce ad militem.
27. — 638 Nihil est. quid nihil? | si non tangendi copiast.
28. — 702 Me ipse induit: | post una ambo abierunt foras.
29. Ht. 165 Non convenit, | qui illum ad laborem pepulerim
30. — 267 Quid est obsecro? | nam mihi nunc nihil rerum omniumst.
31. — 494 Paratus sum. | Scin quid nunc facere te volo?
32. Phor. pr. 4 Qui ita dictitat, | quas antehac fecit fabulas.
33. — 266 Hic in noxiast, | ille ad defendendam causam adest.
34. — 367 At quem virum! | quem ego viderim in vita optimum.
35. Hec. 177 Nunc audies. | primos dies complusculos.
36. Adel. 43 Secutus sum et, | quod fortunatum isti putant,
37. — 131 Ego item alterum. | nam ambos curare propemodum.
38. — 139 Cum ita ut volo est: | iste tuos ipse sentiet
39. — 469 Vero amplius: | nam hoc quidem ferendum aliquo modost.
40. — 749 Ita me di ament, | ut video tuam ego ineptiam.
41. — 884 Recte. Optimest. | iam nunc haec tria primum addidi

---

42. And. 867 Ostendam, | erum quid sit pericli fallere,
43. — 766 Eho an non est? | Recte ego semper fugi has nuptias.
44. Eun. pr. 33 Ex Graeca: | sed eas fabulas factas prius
45. Ht. 101 Tractare, | sed vi et via pervolgata patrum
46. — 492 Dum id quaero, | tibi qui filium restituerem
47. Phor. 303 Te vivo. | Non, non sic futurumst; non potest.
48. Adel. 421 Nactus sum. | hi mihi ne corrumpantur cautiost.
49. — 822 Signa insunt, | ex quibus coniectura facile fit.
50. Eun. 927 Carissimum, | a meretrice avara virginem

---

51. Ht. 133 Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est.
52. Phor. 60 Cuius tu fidem in pecunia perspexeris
53. Hec. 508 Deliberet renuntietque hodie mihi
54. Ad. 56 Aut audebit tanto magis audebit ceteros.
55. — 57 Pudore et liberalitate liberos.

Totam hanc in versuum incertae caesurae capite allatam materiem ut uno iam aspectu intueamur, senarii Terentiani absque legitima caesura his formis metricis dispositi nobis occurrunt:

1. ⏑ — ⏑ | — ⏑ — ⏑ — ⏑ | — ⏑ —, cuiusmodi plus quinquaginta exstant,
2. ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ | — ⏑ —, quae species vicies invenitur,

3. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – in decem fere exemplis deprehenditur.
4. ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –, cuius formae octo exempla sunt.
5. ⏑ – ⏑ | – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – et
6. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – formas vicena exempla comprobant.
7. ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – novies adhibuit
8. ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – senarii nullius certae ac conspicuae incisionis quinque fere existunt.

Quare ante omnia patet Terentium qua fuit et cura et rei metricae scientia id studuisse, ne ullus omnino versus incisione prorsus careret. Nam paucos illos senarios — excepto Ad. 57 —, quos ultimo loco posuimus, ab arte Terentiana longe abhorrere iam accentuum complurium pravitate facile intellegitur[44]. Atque equidem propono

Ht. 133 Quod ad haec utenda | illa aetas magis idonea est.
Hec. 508 Hodie deliberet | renuntietque mihi.
Phor. 60 v. d. Conradt sanasse mihi videtur:[45]
Cuius tu perspexeris fidem | in pecunia.
Ad. 26 crucem interpretum silentio praeterire mihi liceat.
ib. 57 Fortasse consilio ita constructus et ad schema 2 referendus est, v. pg. 24,20.

Quaestio igitur eo exit, num ceterarum formarum alicui et cuinam potissimum apud Terentium vis legitimae caesurae adtribui debeat. Ad hanc vero difficilem quaestionem dirimendam, cum numeri exemplorum ipsi non ita inter se distent, ut necessitate quadam ad aliquam ferendam sententiam adducamur et ne fallaci specie decepti inania praecepta edamus, nihil opportunius certiusque quam ad Graecos confugere videtur. Atque horum i. e. poeseos comicae fragmenta nos docent:

1. Nonnunquam tantum vera ac propria caesura obtegitur incisione ante ultimum creticum admissa, quacum rarissime altera incisio post primam dipodiam coniungitur. Exempla enim exstant formae

⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – 0
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – 22[46]
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – 2[47]
⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – 1[48]

2. Totiens fere trimetri prima dipodia, paulo saepius ultima dipodia graviore interpunctione abscinditur atque

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – 24[49]
⏑ – ⏑ | – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – 35[50]

Satis multi trimetri, quorum primaria caesura minus sub sensus atque oculos cadit aut omnino neglecta est, post arsim alterius pedis inciduntur:

⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – 64 ies.[51]

---

44. Conradt l. l. pg. 37 sq.
45. ib. pg. 7.
46. Phil. 90_{14}. 104_{15}. Diph. 17_{14}. 17_{15}. 32_{111}. 34_{13}. 43_{116}. 43_{134}. 73_{116}. 83_{11} Men. *Γεωργ.* 7_{11}. *Δεισιδ.* 1_{11}. *Δυσκ.* 2_{112}. *Ἐγχειρ.* 1_{11}. *Κιθαρ.* 1_{12}. ib. 4_{11}. *Κολ.* 1_{12}. *Μισογ.* 1_{15}. ib. 1_{17}. *Πλοκ.* 1_{114}. *Ῥαπιζ.* 1_{12}. *Ὑποβ.* 2_{12}.
47. Phil. 104_{12}. Men. *Ὀργη* 1_{13}.
48. Men. *Κολ.* 3_{11}.
49. Phil. 107_{12}. Diph. 35_{16}. 43_{132}. $74,5_{11}$. Men. *Ἁλιεις* 8_{12} *Γεωργ.* 4_{13}. *Δεισιδ.* 1_{13} ib. 2_{16}. *Δημιουργ.* 1_{11}. *Δυσκ.* 2_{110}. *Ἐπικλ.* 2_{14}. *Εὐνουχ.* 2_{11}. *Θησαυρ.* 1_{16}. *Ἱερεια* 2_{12} *Ἱπποκ.* 1_{12}. *Κιθαρ.* 1_{14}. *Κυβερν.* 1_{16}. ib. 3_{12} *Μισουμ.* 7. 8_{12} *Ναυκλ.* 2_{13} *Πλοκ.* 8_{11}. *Ῥαιζ.* 1_{13}. *Ὑδ.* 1_{12}. *Ὑποβολ.* 3_{16}.
50. Phil. 72_{11}. 74_{11}. 114_{11}. 123_{12}. 134_{11}. 137_{12}. 165_{11}. Diph. 5_{11}. 43_{11}. 60_{17}. 64_{11}. 73_{12}. 73_{13}. 73_{16}. $74/5_{16}$, 80_{12}. 96_{12} Men. *Ἀρρηφ. ἡ. Αὐλ.* 1_{15}. ib. 3_{12}. *Βοιωτ.* 1_{11}. *Γεωργ.* 3_{11}. *Δεισιδ.* 3_{11}. *Δὶς ἐξαπ.* 1_{12}. *Ἐπιτρεπ.* 1_{11}. *Ἑφεσ.* 1_{11}. ib. $2|3_{14}$. *Κιθαρ.* 1_{11}. *Κνιδ.* 1_{12}. *Μεθ.* 2_{12}. *Μισογ.* 1_{114}. *Ναυκλ.* 1_{16}. *Περινθ.* 1_{12}. *Πλοκ.* 1_{113}. fab. inc. 2_{110}. 3_{16}.
51. Phil. 2_{13}. 37_{12}. 47_{14}. 67_{12}. 71_{14}. 79_{14}. 79_{16}. 79_{118}. 88_{12}. 88_{116}. 93_{12}. 93_{15}. 93_{16}. 100_{12}. 123_{11}. 125_{12}. 126_{14}. 126_{12}. 138_{12}. 148_{11}. 156_{12}. 182_{12}. $193/4_{12}$ *ὀνεωτ.* 1_{13}. Diph. 4_{11}. 14_{13}. 17_{12}. 83_{17}. 43_{16}. 43_{113}. 44_{13}. 60_{14}. 62_{12}. 67.

Terentius igitur ea re cum comoediae graecae usu congruit, quod nonnunquam primae aut ultimae versus dipodiae diremptione senarium secundum metra, non pedes disponit; numerus autem locorum minor est, quam ut eam incisionem putare veram caesuram possimus; immo, quod quidem attinet ad priorem formam probandum est id quod contendit Buchholz[52] et Christ[53] in paucis versibus legitima caesura destitutis incisionem vicariam post alterum pedem absolutum imprimis factam, cum alia persona inducitur in scenam, verae caesurae absentiam obtegere et rhythmi praeceptis quantum potest satisfacere.

Quid vero de cretica, ut hoc verbo utar, caesura iudicemus? Comici Graeci satis raro eam sibi permiserunt atque semper — tribus locis exceptis vide annot. 47 et 48 — ita, ut ceteri pedes integris vocabulis compleantur aut sensus caesuram statui vetet. Itaque Terentium, cum versus bis (et ante ultimum creticum et post alteram seu arsim seu thesim) incisos multo saepius adhibuerit quam Graeci, ad quos in caesurae legibus observandis sollerter se applicuit, nihil aliud spectasse, ni fallor, putandum est, quam ut senarii non legitima caesura dispositi ante ultimum creticum saltem inciderentur, quae incisio apud eum contra Graecorum exemplum eundem dignitatis locum obtinet, quem caesura media; ceteras vero eiusdem versus incisiones casui reliquisse videtur. Sed quamvis mihi comparatione Terentii Graecorumque persuasum sit has licentias quoque poetam romanum illis debere et valde errare eum qui omnes senarios non nisi vicaria eiusmodi incisione caesos librariorum incuriae aut recentium correctorum erroribus tribuat, tamen non nego haud raros eorum versuum cum aliis vitiis tum accentuum molesta collocatione suspectos esse, ut levioris momenti sint et ad corrigendum invitent. Nunc dicamus

II de pedum solutionibus.

